



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1869**

De S. Berchario Martyre Abbate Et Fundatore Monasteriorum Altvillaris Et  
Dervi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67915)



A Dei ordinatione consecratæ in honore S. Salvatoris. Geminata itaque præscripti diei solemnitate, auctoritate præsentium sacerdotum decretum est, perpetuo celebrari ipso die natalis passionis gloriosi Martyris Bercharii, quam constat evenisse, instante festivitate paschali, ob quam rem manebat incelebris more Christianæ religionis. Hinc inolevit jocunditas hujus præclaræ celebritatis, qua hactenus exhilarantur tempora nostræ ætatis.

præsertim  
Gallicanis.

5 Saussayus in suo *Martyrologio Gallicano* pro more suo sat longam synopsis vitæ exhibet. *Martyrologia Parisiense* Cardinalis de Noailles et Autisiodorensis Caroli de Caylus Sancti memoriam recolunt in die obitus seu VII kal. Aprilis (XXVI Martii). Hoc vero speciale habet Autisiodorensis: In monasterio Dervo, Catalaunensis diocesis, Sancti Bercharii fundatoris et primi abbatis, cujus Reliquiæ delatæ sunt ad conventum magnum apud Airiacum villam in pago Autisiodorensi habitum (circa annum 1020) præsentibus Rotberto rege, Hugone de Cabilone Autisiodorensi episcopo, Landerico Autisiodorensi comite, multisque aliis proceribus. Confer Joannem Mabillon (a) et D. Bouquet (b). Parisiense quemadmodum et Autisiodorensis citatum non tribuunt S. Berchario Martyris titulum, sub quo tamen illum colunt Ecclesiæ Catalaunensis et Trecentis ritu simplici in colore rubro, et quem illi alia Martyrologia adscribunt: quam questionem, ubi de ejus morte agemus, examinabimus. Benedictina quoque Menologia Menardi et Bucelini ejus memoriam celebrant. Menardus tamen in observationibus ad XVI Octobris, dicit S. Bercharium sub Eustasio abbatem monachum egisse in Luxoviensi cœnobio; verum videbimus infra, ad Waldeberti abbatis tempora revocandum esse monasticam professionem S. Bercharii. Bucelinus evidenter errat, ut postea constabit, statuens annum Sancti emortuale 660. Idem nulla facta mentione Dervensis monasterii, ita narrationem texuit, quasi in Altivillariensi cœnobio occisus fuisset, cum ex ejus Actis manifestum sit, Dervum palæstram eruentæ necis fuisse.

Breve ejus  
elogium:

6 Tamquam brevem totius vitæ S. Bercharii conspectum exhibebo, quæ Hugo Menardus habet loco citato: S. Bercharius, inquit, fuit ex Aquitania oriundus, nobili loco. Relicta patria et parentibus, convenit S. Nivardum archiepiscopum Remensem: qui (scilicet Bercharius) cum ab eo ad pietatem non mediocriter exultus fuisset, perfectioris vitæ studio ad Luxoviense cœnobium se contulit: ubi sub Eustasii (verius S. Waldeberti) magisterio Christo militavit. Regularibus disciplinis sufficienter imbutus, ad S. Nivardum revertit, ut refert author Vitæ illius anonymus apud Nicolaum Camuzatium in Promptuario Antiquitatum. Hujus sancti pontificis ope et adminiculo ædificavit monasterium Altumvillare ad Maternam fluvium, seu, ut alii appellant, Matronam: ubi instituit monachos sub regula S. Benedicti et S. Columbani, ut docet Flodoardus lib. II, cap. VII. Hujus cœnobii ædificationem signo cœlesti sibi gratam et jucundam fore Deus manifestavit.... Tranquillitatis autem cupidus, relicto Altumvillari cœnobio, secessit in sylvam, quæ Dervus dicitur.... In intimo sylvæ recessu ædificavit cœnobium in diocesi Catalaunensi, quod ab eo appellatur monasterium Dervense.... In hoc cœnobio S. Bercharius martyrio laureatus ad Christum migravit, a quodam perduelli Dagui-

no, Dervensi monacho, quem de sacro fonte leverat, in lecto trucidatus. Hæc Menardus.

7 Porro Martyrologiorum classicorum silentium satis indicat, numquam late propagatum fuisse S. Bercharii cultum, imo vix limites diocesum, in quibus sua fundaverat monasteria, excessisse. In diocesi Remensi nulla ejus fit memoria, quantum quidem assequi potui, tum ex antiquiori Breviario jussu Ludovici Lotharingi anno 1630 edito, tum ex Directorio liturgico anni 1829, quod cardinalis archiepiscopi de Latil nomen præfert. Ritu simplici Sanctum tanquam abbatem et Martyrem celebrant die XVI Octobris dioceses Catalaunensis et Trecentis, uti videre est in Kalendaris liturgicis anni 1829. Addunt antiquæ schedæ apud nos repertæ " per totam diocesim Senonensem Sancti festivitatem servari solitam: quod demonstrant, ut ibidem dicitur, nonnulla, quæ in suppellectili nostra litteraria exstant, Senonensis metropolitane Ecclesiæ Breviaria: in quorum primo, quod anno 1604 editum fuit, ad XVI Octobris, si hæc in Dominicam non incidit, prescribitur in Vesperis et Laudibus post Antiphonas BEATUS VIR, etc. QUI OBIT, etc., uti et reliquis horis et in Missa hæc de S. Berchario recitanda oratio seu COLLECTA: Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui B. Bercharii Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Si vero eadem dies Dominica fuerit, dicta collecta in sola Missa recitari jubetur. Solam itidem de Sancto commemorationem præscribit alterum Senonense Breviarium autoritate Nicolai Cardinalis a Pellevé et archiepiscopi anno 1625 editum; sed in tertio, quod anno 1641 jussu Octavii de Bellegarde archiepiscopi in lucem prodiiit, ejusdem Ecclesiæ Breviario, celebrandum signatur Sancti festum ritu simplici; habetque in matutino S. Bercharius tertiam lectionem propriam, cujus solum initium Ms. nostrum illius Breviarii compendium in hunc modum exprimit: Is fuit abbas monasterii Altivillaris. Hodie vero juxta Kalendarium anni 1827 memoria S. Bercharii prorsus oblitterata videtur, cum nulla ejus mentio fiat. Non dubito quin celebrior Sancti festivitas in utroque monasterio Dervensi et Altivillariensi olim haberetur.

8 Quod ad Acta S. Bercharii attinet, illa publici juris fecit primum Nicolaus Camuzat in Promptuario Antiquitatum Diocesis Tricassinæ, nullo addito auctoris nomine: eadem secundis curis collataque cum codice Ms. monasterii S. Cornelii Compendiensi edidit Joannes Mabillon (c): qui in suis Observationibus præviis eorumdem auctorem assignat, Adsonem S. Bercharii in regimine Dervensi, post multos intermedios, successorem. Hanc opinionem jam antea admiserat Laurentius Surius in auctiori Vitarum Sanctorum editione, quæ prodiiit Coloniz anno 1618; eamque postea amplexi quoque sunt Baillet in Vitis Sanctorum, Benedictini auctores Historiæ litterariæ Franciæ (d) ac tandem Nostri in Commentario prævio ad Vitam S. Nivardi, Remensis archiepiscopi (e), ad diem 1 Septembris. Cæterum Adsonem Vitam S. Bercharii elucubrasset diserte testatur anonymus monachus Dervensis, tum in ipso Libri Miraculorum exordio, tum ejusdem libri num. 13, ubi ita loquitur: Gesta vero hujus Sancti piissimi protectoris nostri Bercharii ad extremum quoad potuit, comens lepore facundiæ spectabilis sparsit totius Galliæ oris, quæ eatenus incul-

AUCTORE  
J. V. H.

Officium ec-  
clesiasticum

E

F  
Acta S. Ber-  
charii eden-  
da

(a) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, p. 859. — (b) Rec. des Hist. de France, t. X, p. 172, 224 et 275. — (c) Act. SS.

Ord. S. Bened. sæc. II, p. 831. — (d) Hist. litt. de la Fran., t. VI, p. 489. — (e) Acta, SS. T. I Sept., p. 271. n. 18.

exarata

AUCTORE  
J. V. H.

exarata habebantur et abdita. Cum vero hic auctor non toto seculo, ut infra videbimus, post Adsonis obitum, in ipso Dervensi monasterio floruerit, atque adeo de ipsius scriptis optime fuerit instructus, ejusdem auctoritas nobis certum et indubitatum reddere debet quamdam Sancti nostri Vitam ab Adsonē re ipsa conscriptam fuisse.

auctorem habent,

9 Porro Vitam, quam Nicolaus Camuzat aliique edidit, ab Adsoniana non esse diversam, satis certè indicant notæ, quibus eam distinxit laudatus monachus Dervensis; quo teste, Adso non solum, S. Bercharii vitam, verum etiam miracula post obitum patrata scriptis mandare cogitaverat: Quæ vero, inquit ille auctor libri miraculorum num. 1, post obitum beati viri ipsius meritis divino beneficio compensata (miracula) se relaturum (Adso) promiserat, minime explicuit, relinquens etiam intacta adnotatorum plurima, scilicet impedimentis diversarum actionum perturbatus, maximeque eventu festini obitus interceptus. Jam vero se post vitam etiam Sancti miracula conscriptorum editæ Vitæ auctor iisdem omnino verbis pollicetur in prologo, ubi ita loquitur: Ea itaque prosequi intendimus, quæ vel ab ipso domestico sanctissimoque ejus collegio notata claruerunt, vel postea divino beneficio ipsius compensata meritis ætati nostræ perferri potuerunt. Quæ sane verba genuinam hanc esse Adsonis lucubrationem tam clare ostendunt, ut mirum sit Cointium (a) et, qui eum secutus est, Pagium (b) in contrariam abissè sententiam, editamque Vitam Anonymo cuidam, Adsonē antiquiori, adscribere voluisse.

B

quidquid obloquatur

10 Unicum opinionis suæ vadimonium præbent Cointius et Pagius, verba Nicolai Camuzat, quæ, iudice Cointio, litem facile dirimunt. Hic nempe in suo Promptuario (c) dicit: Cum hucusque typographica operæ in excudenda D. Bercharii historia processissent, oportune admodum et consentaneæ animi mei voto, devenit in meas manus chirographi libellus, eandem historiam in duos bipartitam tomos complectens. Prior continet quæ superius excusa sunt, paulo tamen fusius et uberius, cum referat eundem S. Bercharium eo die, quo Christi resurgentis solemnitas celebratur, e vita excessisse anno DCLXXXV. Posterior plurima memoratu dignissima, quæ in Dervensi cœnobio contigerunt, multa etiam egregia miracula meritis ipsius beati Martyris facta percenset.

C

Hinc, ait Cointius, patet scriptas duas historias de Vita, sive, ut titulus refert, de Passione S. Bercharii, quarum alteram Camuzatus typis edendam curavit, alteram adhuc ineditam in tenebris delitescere dolemus. Quæstio est, utra illarum ab Assone scripta sit. E duobus tomis seu libris, quos Camuzatus post editam Passionem S. Bercharii nactus est, prior ipsam Assonis lucubrationem complectebatur, omissusque est ab eodem Camuzato, qui cum historiam pene simillimam jam protulisset, stylo parum mutato bis eandem rem repetere noluit. Posterior vero tomus seu liber, qui de diversis casibus Dervensis cœnobii, deque S. Bercharii miraculis inscribebatur, scriptus fuit a monacho Dervensi, qui, quid ab Assone abbate scriptum esset, initio suæ scriptio- nis apertissime sic declaravit: Hujus anterioris executionem operis (scilicet Vitæ S. Bercharii) divina dignationis ordinatione ad memoriam informandam posterorum insignis prudentiæ solertissimi Assonis abbatis sæpe denominatæ ecclesiæ Dervensis luculentissimo sermone nobilitavit. Hæc Cointius.

(a) Annal. Franc. ad annum 656, § vii. tom. III, p. 425.  
(b) Crit. Baron. ad annum 685, § xiv. — (c) Fº 86 verso.

11 Verum nullius ponderis esse Cointii assertum ex hoc elucet, quod in multis exemplaribus utrumque tomum seu librum complexis, eadem, quam excudit Camuzatus, Vita seu Passio reperiatur: tale fuisse Compendiense manuscriptum, testis est Joannes Mabillon in Observationibus præviis ad Sancti Vitam. Coram habeo codicem manu exaratum e monasterio Aquicinctino, qui omni ex parte, si pauca excipias, cum Tricassina editione Camuzati convenit. Hæc jam monstrant, quo sensu accipienda sint editoris verba, quando dicit chirographum libellum, qui, Vitæ historia jam excusa, in manus ejus devenit, paulo fusius et uberius quædam explicasse: ubertatem declarat exemplo, scilicet Ms. referre S. Bercharium eo die quo Christi resurgentis solemnitas celebratur e vita excessisse anno DCLXXXV. Nemo autem non videt similita additamenta in plerisque codicibus manuscriptis occurrere, quin propterea diversos nobis fingamus auctores. Immo Joannes Mabillon, quocumque Filibertus Boulanger manuscriptum Dervense communicaverat, nihil immutandum censuit, exceptis paucis, quæ obitum Sancti nostri accuratius, ut infra videbimus, exponunt.

D  
Cointius,

12 Aliud est, quod suadet a Camuzato editam qui Vitam genuinam esse Adsonis factum. Anonymus auctor libri secundi, seu miraculorum S. Bercharii, num. 13 dicit, Adsonem Gesta sancti ac piissimi protectoris Bercharii ad extremum, quoad potuit, comens lepore facundia spectabilis sparsisse totius Galliæ oris, quæ eatenus inculce exarata habebantur et abdita. Nolo equidem immorari quæstioni, qua indagaretur num altera biographia ante Adsonem exstiterit, uti opinatur Joannes Mabillon, an vero potius antiqua quædam monumenta Dervi sparsim asservata Adsoni præluxerint: nam utroque sensu Anonymi dicta accipere licet, quemadmodum et illa quæ ipse Adso in suo prologo habet, se prosequi ea, quæ ab ipso domestico sanctissimoque ejus collegio notata claruerunt, vel postea divino beneficio ipsius compensata meritis, ætati suæ perferri potuerunt. Ommissa hujusmodi quæstione, ex dictis Anonymi certo deducitur, illam lucubrationem Adsoni, quæ communior est, quæ vero abditior, antiquiori scriptori esse adscribendam: abdita namque erant priora Dervi monumenta; ast quæ Adso scripsit, totius Galliæ oris sparsa fuerunt.

E

13 His positis, nulli dubium esse potest, utra ex duabus biographiis sit communior: quam edidit Camuzatus, reperiebatur manuscripta Compendii, ut testatur Mabillon; coram habeo exemplaria e codicibus Longipontino, Cisterciensi, Aquicinctino, qui etiam collatus fuit cum chirographo monasterii Charitatis: illa exemplaria, pauculis exceptis, inter se omnino conveniunt. Ast alterius Vitæ nullum adhuc inveniri potuit vestigium: ipso itaque Anonymo judicante, manifestum est coram adesse Adsonis lucubrationem; antiquioremque Vitam, si quæ unquam exstitit, omnino deperditam fuisse. Huc etiam facit quod Acta vulgata non sunt, ut de antiquioribus loquitur Anonymus, inculce seu rudi stylo conscripta, sed potius variis verborum ambagibus flosculisque non mediocriter sunt ornata, ita ut aliis Sanctorum Vitæ ab Adsonē, multis pauca plerumque completi solito, lucubratis et in Opere nostro jam vulgatis, verbi gratia, Vitæ S. Mansueti Tulli Leucorum episcopi (d), quoad styllum tam sint affinia, ut hinc etiam S. Bercharii Vitæ auctorem non alium fuisse quam Adsonem confici possit.

F

refellit,

14 Tandem ut ad argumentum Cointii propius accedam, nullatenus constat annum S. Bercharii

Adsonem Abbatem,

(d) Acta SS., T. 1 Septemb., p. 637.

A emortualem expressum fuisse in biographia Dervo submissa. Certe Joannes Mabillon, qui Vitæ vulgatæ subnectit, quæ Filibertus Boulanger, Dervensis monachus, ad illum miserat, hunc annum expressum in narratione necis S. Bercharii non invenit; cum in ea solum dicatur, mane Dominica ipsius sacrosanctæ ab inferis Resurrectionis die carne solutus, celestis vitæ gaudia exsultanti spiritu (Bercharius) felix petivisse. Dein subnotat in eodem Ms. hæc legi: Extremum vitæ diem obiit hic B. P. Bercharius anno ab Incarnat. Domini DCXXXCV, Indict. XIII, Epacta XI, VI (melius VII) kalend. Aprilis, mane sacro Dominicæ Resurrectionis. Ex qua loquendi ratione, mihi videtur sat clare insinuari, superiora verba glossam esse ad textum ex alio quodam monumento desumptam; neque enim ejus auctoritatem labefactare mihi in animo est; unum dico, glossam ad textum non pertinere, et proinde infringi quidquid roboris superesse posset argumento Cointiano. Nihil igitur impedire debet, quominus cum laudatis supra num. 8 auctoribus ob rationes allatas Adsoni Dervensi abbati Vitam vulgatam indubitanter adscribere pergamus.

B  
cujus elo-  
gium textitur

15 Non alienum fuerit ab instituto nostro quædam de Adsonæ subnectere. Hunc impense laudat anonymus miraculorum S. Bercharii scriptor, infra edendus, num 12 et sequenti, eoque duce, de illo agunt Historiæ Litterariæ Franciæ auctores Benedictini (a) et nostri Majores variis in locis (b) præsertim in Commentario prævio ad Vitam S. Apri Tullensis episcopi. Verba Constantini Suyskeni, additis nonnullis, huc transcribo: Adso (in Jurensi Burgundiæ tractu nobili genere natus) in Vosago sive in Luxoviensi monasterio eruditionis pariter ac sanctimonie fama florebat, cum a Tullensi episcopo et clero Tullum ad magistristerium sacri ordinis accersitus est. Contigit hoc sub S. Gauzolino episcopo, qui collapsam in S. Apri cœnobio disciplinam feliciter restauraverat; quod anno Christi CMXXXV verisimiliter innectendum esse in Commentario prævio de ejusdem Sancti gestis ad diem VII Septembris (c) dictum est. In eo monasterio per aliquanta temporum volumina docuerat, quando missus est ad Campaniam, diœcesis Catalaunensis in Campania, ejus (post eas, quas noster miraculorum scriptor refert, calamitates, pene collapsi) instaurationem idem S. Gauzlinus pariter instituerat verosimiliter circa medium sæculi X, secundum dicta (Commentari prævio (d) de S. Gauzlini gestis) Dervensibus denique abbas post Albericum præfectus est, annoque CMXCII, religionis ergo Hierosolymam navigans, e vivis excessit, et in insula Astilia terræ mandatus fuit. Cæterum incertum est, quo præcise anno præfecturam Dervensium Adso susceperit, cum annus emortualis Alberici decessoris sui ignotus adhuc lateat. Attamen id non serius accidisse quam anno 969 probat Joannes Limpenus noster in Commentario prævio de S. Mansueto ad diem III Septembris (e) ex literis donationis, a S. Gerardo Tullensi eo anno datis, quibus subscripsit Adso abbas. Similem ob rationem, si certo constaret initium regni Lotharii regis, quod, ut jam diximus, pleraque diplomata XII Novembris anni 954 illigant, dicendus esset Adso Dervensia gubernacula jam tenuisse initio anni vulgaris 968, cum Nicolaus Camuzat in Promptuario (f) exhibeat chartam Heriberi comitis, datam XVI kal. Febr. (XVII Januarii) anno XIV regnante Domino Lothario rege Francorum; sive anno 968 in qua

(a) Hist. litt. de la France, t. VI, p. 471. — (b) T. I Sept., p. 616, n. 3 et seq. et t. V Sept., p. 56, n. 6 — (c) T. III Sept., p. 135, n. 30. — (d) Ibid., p. 139, n. 48. — (e) Ibid.,

de Adsonæ, tamquam abbate sermo fit. Sed non oportet de initio regiminis ejus operosius inquirere, quandoquidem Sancti nostri Vitam exarasse videtur non diu ante obitum suum; morte enim præeditus, teste anonymo Miraculorum scriptore num 1, propositum suum exsequi non potuit, eandemque Vitam miraculis, quorum narrationem in prologo promiserat, imminutam reliquit.

16 Jam observarunt laudati Historiæ literariæ auctores (g) scriptam ab Adsonæ Vitam magna ex parte ex generalioribus tantum virtutum encomiis esse constatam, et perpauca Sancti singularia gesta, non sine admixtis subinde erroribus, in ea exponi; sed id magnopere mirandum non est: Adso enim ab ætate Sancti Bercharii, circa finem sæculi septimi defuncti, tribus sæculis distans, nimis remotus fuit, quam ut scribere posset Vitam, quæ omnia illius gesta minutatim eoque ordine exponeret, ut alicubi in errores quosdam chronologicos aliosque non impingeret. Attamen Adso, in Dervo abbatis munere fungens, varia quæ ad Sanctum ejusdem monasterii fundatorem spectabant, sibi prælucentia habuit antiqua instrumenta, prout supra num. 12 diximus; fortassis quoque antiquiorem Vitam, si reipsa hæc, uti Mabillon, Cointius, Pagniusque censent, ab Anonymo aliquo ante Adsonis ætatem conscripta, memoratis in miraculorum libro monasterii Dervensis cladibus fuerit superstes. Qua de causa eidem etiam fides, nisi major alicubi auctoritas contrarium suadeat, deneganda non videtur, præsertim cum ejus dicta ex aliis probatæ fidei monumentis, infra proferendis citandisque, passim confirmari queant. Digna proinde etiam nobis visa est hæc Adsonis lucubratio, ut eandem ex sæculo II Actorum SS. Ordinis S. Benedicti cum Tricassina et Coloniensi editionibus cumque nostri exemplaribus manuscriptis Aquicintino et Longipontino, quod nonnihil contractius est, ut suis locis indicabimus, collatam hic recudamus.

17 Post Passionem seu Vitam edemus et aliam lucubrationem, quæ cum non solum Sancti miracula, sed etiam varias, quibus Dervense monasterium afflictum fuit, calamitates referat, Liber secundus de Dervensibus cœnobii casibus et miraculis S. Bercharii inscribitur. Hujus auctorem fuisse monachum Dervensem, jam ante diximus; idque satis clarum est: nam et S. Bercharium Patris, Protectoris et Patroni nostri appellatione frequenter designat, et quotiescumque illi de Dervensibus monachis sermo est, eosdem fratres aut seniores nostros appellat. Nec minus luculenter idem auctor ætatem suam indicat num. 16, ubi scribit monasterium Dervense ab Alberico et Adsonæ instaurationem, magnopere floruisse usque ad exitum Domni Brunonis,..... septem annorum lustris..... ecclesiam (Dervensem) gubernantis. Hinc enim consequens fit, auctorem manum scribendo admovisse defuncto quidem Brunone, sed tamen non diu post ejus obitum, cum se ejusdem Brunonis imperiis frequenter iteratis ad scribendum impulsus fuisse profiteatur.

18 Bruno autem hic, ut ibidem etiam ait, in abbatem ordinatus est Romæ a S. Papa Leone IX, donatus ejus cognomine cum baculo pastoralis; factumque id est anno pontificatus Leonis secundo, uti liquet ex epistola ejusdem Pontificis ad Wilhelmum comitem Nivernensem (h), quæ legitur data kal. Maji per manus Petri bibliothecarii... anno Domni Leonis noni Papæ secundo, indictione tertia abbati S. Bercharii, quem eodem die ad ab-

p. 616, n. 4. — (f) Fol. verso 85. — (g) Hist. litt., t. VI, p. 489. — (h) Gall. Christ., t. IX, col. 917.

AUCTORE  
J. V. H.

et stylus exa-  
minatur.

E

Vitæ subne-  
ctitur liber  
miraculo-  
rum

F

sæc. XI con-  
scriptus.

batem

AUCTORE  
J. V. H.

batem in capella sua Lateranensi benedixerat, et ei nomen suum, quod fuit Bruno, imposuerat. Itaque anno S. Leonis secundo seu æræ Christianæ 1050 additis septem lustris seu annis xxxv, exsurgit annus 1085, quo Bruno obiit, et circa quem proinde Anonymus noster Sancti miraculis conscribendis operam dedit. Porro cum ex dictis auctor non integro sæculo Adsonæ posterior fuerit, atque adeo eo tempore scripserit, quo miraculorum, tempore regiminis Adsonis, a quo initium scribendi ducit, patratorum sufficiens supererat memoria, cum inter scripta a se miracula fuerint plurima, ut eodem num. 16 dicit a Brunone visa, vel a cernentibus vel fidelium et veracium testimonio subnixis tradita... pariter... aliquanta (Brunonis) manibus scedulis adnotata, tuto, mea opinione, fides nar-ranti, adhiberi potest. Nunc S. Bercharii gesta, servato, quantum fieri poterit, ordine discutere ag-gredimur.

B § II. Sancti Bercharii patria, tempus na-tale, monachus Luxovii.

Nascitur  
Sanctus in  
Aquitania,

S. Bercharium Aquitanum fuisse declarat Adso num. 1 Vita infra edendæ: Prioris, inquit, monumenta temporis pagum Aquitanicum ortus ejus tradidere ac generis fuisse exordium. Parentes ejus vita venerabiles et valde religiosi in vita sua, exteriore affluentia rerum non medio-criter decorati, et (quod longe est excellentius) quodam singularis innocentia, ac inter suos felicium proventuum privilegio insigniti. Quibus verbis indicat quidem Aquitaniam patriam Sancti fuisse, quin tamen aperte significet in qua parte regionis vastissimæ natus fuerit. Illam regionem Gal-liz describens Valesius in notitia Galliarum: Primo quidem, inquit, una et simplex fuit Aquitania, inter Pyrenæum et Garumnam ac Oceanum.... deinde etiam diu post prolatos ab Augusto ejus terminos usque ad Ligerim una esse perseveravit provincia Aquitania.... Postea Constanti Ma-ximi ordinatione, ut puto, ex una provincia duæ factæ, Aquitania altera, altera a Nevempopulis, Novempopulana dicta.... Demum remanentibus Novempopulis, Aquitania bifariam divisa est in Aquitanicam primam et Aquitanicam secundam; provinciam Aquitanicam primam metropolis facta Bi-turigæ, secundam Burdigala.

in tractu, ut  
videtur, Pi-  
ctaviensi,

20 Propius designat locum natalem Sancti Adso, quando loco citato dicit: Nam inter cætera quæ ex dote supernæ dispensationis hic vir sanctus acceperat non mediocribus quoque paternæ hæreditatis titulis a progenitoribus temporaliter etiam certum est floruisse, quod videlicet, si quis dili-genter velit, in promptu est agnoscere, cum pœne usque ad hæc nostra tempora ejus juris villas et prædia tam ultra Ligerim, ubi Diseias dicitur, quam etiam infra fines Aquitanicæ constituta, hi qui sibi in monasterii sui regimine probantur successisse, per longa temporum curricula jure qui-eto visi sunt possessisse. Hæc Adsonis verba insi-nuant Sanctum nostrum, utpote cujus hæreditas præ-cipua Diseias dicitur, illic parentes suos habuisse commorantes, et proinde in eodem loco probabilis

natum fuisse atque educatum. S. Bercharius ipse in charta traditionis infra citanda, quando de fun-datione Dervensi agit, dicit hæreditatem suam, quæ ei ex successione paterna et materna legibus ob-venerat, sitam in Diseio villa ultra Ligerim supra fluvium Crete. Superest vero ad nostra usque tem-pora ad Clanem fluvium duabus leucis gallicis Pi-ctavis septemtrionem versus distans, vicus Dissays dictus, qui convenit aptissime, si pro Crete fluvio, Clanis, Clenis aut Clitis scribitur. Crete fluvii no-men mihi solum occurrit juxta Valentiam in præ-fectura Drumensi (Dépt. de la Drôme): teste Bau-drand, Crestidium seu Crestum, le Crest, vicus est rivulo cognomini insidens; sed hic locus cum Aquitania minime quadrat. Cæterum vanus fuit la-bor in quaerendo Crete fluvio ultra Ligerim, neque aliquid lucis affuderunt investigationes operosæ in Atlante Cassini et in mappa hydrographica Fran-ciæ, a viro de re geographica optime merito Ph. Vander Maelen humanissime nobiscum communi-cata. Nisi igitur quispiam malit divinare Clanem flu-vium olim etiam Crete dictum fuisse, probabilis, non dubito, multis erit opinio vocem corrupte ex-pressisse librorum oscitantiam; quæ etiam mon-strabitur infra, quando nomini Nivardi, inusitatus illo ævo archiepiscopi titulus additus reperietur. Opinacionem hanc confirmat, quod plura loca, in Berchariana charta recitata, inspicienti mappam fa-cile occurrant, verbi gratia: Britello Breuil, Muscia-co Moussais, Saviniaco Savigny, Gravisio la Grève, Aliaco Aillé, Nuhleio Nieuil; quod si omnia re-perire non licet, id evenit forsitan aut quia locorum nomina oblitterata sunt, aut in ipso diplomate vitiose expressa: aut tandem quia non ita vicina sunt hæc loca Diseio, cum dicatur in textu: villa et prædia tum ultra Ligerim.... quam infra fines Aquita-niæ, id est, ut opinor, in superiori Aquitania.

21 Cum porro ex superioribus Adsonis verbis habemus sancti Bercharii parentes exteriore af-fluentia rerum non mediocriter fuisse decoratos, viz dubium esse potest quin simul essent nobilitate conspicui: nam quo tempore Sanctus vixit, divitiæ plerumque cum generis nobilitate erant conjunctæ. Verum non ita verisimile est, quod asserit Edmun-dus Baugier (a). Sancti patrem existisse Aquitanicæ ducem: quamquam enim certum sit sæculo VII duces Aquitaniam administrasse, quia tamen nihil de Aquitanico illo patris ducatu dicitur ab Adsonæ aut ab Almanno monacho, biographo S. Nivardi, Ed-mundo Baugier sine ulla idonea ratione id asserenti fides haberi non debet. Maxime cum præfecti Picta-viensis tractus, ubi probabiliter Sanctus noster natus est, sibi titulum ducum Aquitanicæ non arrogarint ante medium sæculum nonum, ut monstrant Bene-dictini auctores Historiæ Aquitanicæ (b).

22 Quo vero tempore Sanctus in lucem fuerit editus, non facile determinari potest. Biographus num. 2 innuit eum natum fuisse Childerico II Au-strasiæ regnum obtinente, et S. Nivardo Ecclesiæ Remensi presidente; ait enim: Eo tempore (nati-vitatis S. Bercharii) Francorum imperium regi Childerico felicissime disponebat.... B. Nivar-dus... sanctæ Remorum præsidebat Ecclesiæ. Jam vero initium episcopatus S. Nivardi figendam esse circa medium sæculi VII, docuit Stillingus nos-ter ad diem 1 Septembris, in Commentario Vitæ ejus prævio (c), et Childericus II Austrasium anno 660 gubernare cepit: ante quem proinde annum, si positus a biographo notis standum sit, Sancti na-tivitas collocari non potest; ast cum hoc natali tem-

(a) Mém. hist. de la Prov. de Champ. t. II, p. 155.— (b) Hist. Gén. du Lang. t. I, p. 723.— (c) T. I Sept., p. 270, n. 12.

A

pore non conciliatur reliqua vitæ chronotaxis. Si enim Sanctus non ante annum 660 natus dicitur, idoneæ ætatis haud exstitit, cui, vivente eodem rege ad annum solum 673 superstiti, construendi regendique Altvillariensis monasterii cura a S. Nivardo committi potuerit. Quod si Sancti nativitas sub initium episcopatus S. Nivardi, id est circa annum 650 constituatur, non omnis difficultas vitabitur: nam credibile non est, Sanctum, (si circa medium sæculum VII natus supponitur,) exactis adolescentiæ annis, ad S. Nivardum accessisse, hinc in Luxoviensi monasterio disciplina ita imbutum fuisse, ut, verba sunt Adsonis num. 11, divini militiæ in utramque partem præmunitus, quæ longo exercitio didicerat in lucris dominici dispensationem jam plurimorum saluti consulere potuerit, atque utrumque cænobium Altvillariense ac Dervense contiderit, usque cum abbatis titulo præfuerit. Sane hæc omnia difficulter intra annum 650 et 673 aut 674, circa quem S. Nivardum obiisse probabiliter monstrat Stillingus ad 1 Septembris (a), constringuntur.

Childerico II.

B

23 Natum itaque sub Childerici II regno et episcopatu S. Nivardi Sanctum a biographo dici opinor, quod illustriora ejus gesta cum hac epocha conjuncta fuerint: nam solemne est inquit Mabillon in nota ad hunc textum, auctoribus, qui res gestas Sanctorum litteris mandaverunt, ut quo quisque rege floruit, eodem natum fuisse affirmant. Ut sit, Sanctum diu ante S. Nivardi episcopatum in lucem editum fuisse, ob rationem num. precedenti allatam agnoscunt omnes, quamquam non una sit quoad tempus ejus natale sententia. Adrianus Baillet et Albanus Butler ad hunc diem adstruunt Sanctum natum circa annum 636; quod quo fundamento faciant, ignoro. Nihilominus ejus nativitas aliquot annis antevertenda videtur, cum dictus Baillet, tacente Bultero, Joannem Mabillon (b) et Antonium Pagium (c) secutus, statuatur fundatum monasterium Altvillariense anno 662: quo quidem casu Sanctus noster hujus monasterii abbas fuisse constitutus, anno circiter XXXVI ætatis suæ; quod, quia insolens fuisse in tanta juventute abbatem aliquem præfici, et proinde non parum ad laudem S. Bercharii contulisset, probabiliter diligentiam biographi Adsonis non effugisset. Deinde, uti num. precedenti monstravi, ipsa vitæ series aliud omnino indicat: litteris scilicet primum in patria eruditus fuit, in adulta ætate ad S. Nivardum missus est, sub disciplina Remacii fuit exercitatus, et tandem Luxovium adiit, atque illic per annos aliquot sub disciplina monastica versatus fuit; quæ omnia prohibent quominus ejus gesta, usque ad fundatum Altvillare intra viginti sex annorum angustias claudantur.

C

sed Clotario II circa annum 625;

24 Cointius (d) S. Bercharium natum opinatur circa annum Christi 608: tum quia illum discipulum facit S. Remacii, regii scrinii adhuc procuratoris (e), et proinde ante annum 628, quando id munus deposuit; tum maxime quia ex Adsoni illum monachum egisse credit sub Eustasio Luxoviensi abbate, anno 625 defuncto (f). Sed neutra assertio quidpiam solidi fundamenti habet, ut infra monstrabitur. Joannes Mabillon (g) nullum determinatum assignans annum, natum statuit sub principatu Clotarii II, qui regnum ab anno 613 ad 628 tenuit. Cui sententiæ standum reor, quatenus propius ad finem Clotarii regiminis ortum Sancti nostri signum; et proin a vero alienum non existimaverim illum, qui Sancti nativitate anno 625 adscribendam

(a) T. I Sept., p. 276, n. 34. — (b) Annal., lib. xv, § XXIII, t. I, p. 429. — (c) Crit. Baron. ad an. 662, § v. — (d) Ad an. 612, § XXIV, t. II, p. 635. — (e) Ibid., § XVII. — (f) Act. SS.

putaverit: tunc enim omnia rite procedunt, neque quidpiam occurrit, quod huic opinioni repugnet; atque adeo in hac sententiæ Sanctus, ut exigit Adsonis narratio, adolescentiæ annis in patria transactis, ad S. Nivardum accessit sub initium episcopatus ejus, postea disciplina monastica Luxovii sufficienter imbutus ac idoneæ ætatis, sive annorum circiter XXXVI factus, circa annum 662 recipere potuit regimen monasterii Altvillariensis.

25 A nativitate Sancto inditum fuit nomen Bererus, aut ut habet Camuzatius Bereus; imo Aquicinctinum nostrum apographum Herrerum habet; idque nomen secundum Adsonem significat bonæ hereditatis herum. Quid de hac vocis Bereri sive Berei significatione sit, nescio: conjecturis id utcumque elucidare, esset operam perdere, cum hujusmodi interpretationes, a Sanctorum biographis nonnumquam usurpata, eruditus plerumque displiceant. Si certior esset Aquicinctina lectio, constaretque Adsonem in Jurensi tellure editum teutonice locutum fuisse, facilis esset interpretatio, vocabulo Herrerus Erfheer, hæreditatis herum significante. Si autem Sanctus a pueritia vere illud nomen habuerit, necesse est ut illud postea mutatum fuerit; nam ipsemet Adso semper et ubique Bercharium vocat, idemque faciunt Almannus monachus in Vita S. Nivardi, Sanctus quoque Nivardus in charta privilegii Altvillariensi cænobio concessi, atque ipse Sanctus in litteris donationis pro monasterio Dervensi, Bercharium scribit. Laudatus Almannus asserit Bercharium a S. Nivardo episcopo de sacris fontibus fuisse susceptum; verum hoc incertum esse, quod neque apud Adsonem, neque apud Flodoardum legatur, jam observavit Stillingus ad Vitam S. Nivardi (h). Si vero id factum est, ait, contigisse debuit ante episcopatum Nivardi, cum Adso affirmet Bercharium simul ac in lucem prodierat sacro fonte renatum. Ante episcopatum quoque S. Nivardus iter Aquitanicum, de quo loquitur Adso num. 3, suscipere debuit, quando apud parentes S. Bercharii diversatus bonam indolem Bercharii adhuc pueri miratus est. Crediderim igitur, verba sunt Stillingi loco citato, S. Nivardum jam tum episcopum dici, quia eam dignitatem postea est consecutus.

AUCTORE J. V. H.

prius Bereus dictus,

E

26 Attamen, si sola Adsonis narratio de hoc S. Nivardi itinere spectetur, concludi posset talem non fuisse Adsonis mentem; sed hunc reipsa existimasse S. Nivardum, dum Aquitanicum iter obiret, jam fuisse episcopali dignitate ornatum: ast, quidquid censuerit biographus, ob rationem superius datam, et maxime ob tempus nativitatis S. Bercharii, certum videtur illud iter ante episcopatum fuisse susceptum. Quamquam vero Adso circa tempus itineris hallucinatus fuerit, neque etiam Almannus aut Flodoardus ejusdem meminerint, illud tamen locum habuisse negari non debet. Etenim ex Flodoardo constat (i), S. Nivardum ex hæreditate materna trans Ligerim, sive infra fines Aquitanicæ possidisse varia bona, quæ possessoris præsentiam quandoque exigebant, ut vel hinc narratum ab Adsoni iter verosimile etiam evadat. Porro S. Nivardus in hoc itinere apud Sancti nostri parentes hospitatus, cum quandam, verba sunt biographi num. 3, futuræ habitudinis speciem miraretur in puero boni operis candidato, eundemque divino instinctu sacris mysteriis applicandum esse jam præcenseret, iisdem auctor fuit, ut filium suum litteris imbuendum curarent. Quibus autem magistris San-

adolescens

F

XXIX Mart., p. 784, n. 1 — (g) Act. SS. Bened., sæc. II, p. 832, not. a. — (h) T. I, Septemb., p. 271, n. 18. — (i) Hist. Rem. Eccl., lib. I, cap. X. Bibl. Max. PP., t. XVII, p. 537.

AUCTORE  
J. V. H.

ctus puer a parentibus traditus fuerit, uti cætera quæ in domo paterna puer ac adolescens gessit, silentio involvit Adso, nisi quod insignem ejus in scientia virtutibusque progressum extollat sequentibus laudibus num. 4: Igitur dum puer bonæ indolis tam scientia quam virtute animi cœvovos suos præcederet, atque paulatim bonæ intentionis primordiis ad cœlestis militiæ perfectius tyrocinium decrevisset intendere... cœpit altius adspirare, terrenarum rerum contemptu sufficiens, atque ea, quæ virtutum incrementa respiciunt, perennis intuitu gloriæ totis nisibus attentans, æterna præ oculis indefesse constituere, ... diversis afflictionum generibus affectionum carnalium molimina coarctare, atque adolescentiæ gressus divini amoris virtute roborare.

S. Nivardum  
adit;

27 Hisce generalioribus laudibus præmissis, mox refert biographus Sanctum, relicta patria, ad S. Nivardum Remos accessisse, idque iterum, si eundem biographum audiamus, factum fuit, regnante jam in Austrasia Childerico II et Remensi Ecclesiæ præsidente S. Nivardo. Sed, ut jam præmonuimus, universam S. Bercharii ætatem intra regni Childericiani angustias sive intra annum 660 et 674 biographus coarctat. Hoc quidem probabilius est, Sanctum Remos adventasse, S. Nivardo ejusdem Ecclesiæ cathedram adepti: quod, ut supra diximus, circa annum 650 accidit. Talis vero jam tum erat S. Bercharius, ut, si fides biographo habenda est, illi partem sollicitudinis pastoralis non modicam tuto committere potuerit beatissimus episcopus; quod nostram confirmat sententiam Sanctum viæ tardius anno 625 natum fuisse. Hic igitur ait num. citato, beatus pontifex, ut semper optaverat, tali ac tanto suppare adepto, quoniam ipse exterioribus tractandæ reipublicæ fuerat negotiis implicatus, regiæ dispositionis consiliis et actibus frequenter interesse, pontificalis providentiæ pondus volens nolensve cœlesti ordinatione perferre, ministerium sibi injunctum tum publice tum privatim increpando, arguendo, obsecrando, ut perfectus agricola, sedulus exercere, gaudio replebatur non modico, familiari potitus adjutore, atque in divinis operibus devotissimo consorte. Quæ postrema verba indicant S. Bercharium brevi post suam Remos adventum presbyteratus ordinem suscepisse, ad quem secundum disciplinam sæculi VII annus xxx requirebatur. En iterum nos reductos, ut tempus sancti Bercharii natale ad annum circiter 625 referamus.

C  
necdum presbyter

28 Nam ante suum ex Aquitania egressum sacerdotio initiatum non fuisse, probabile mihi faciunt verba Adsonis eodem numero relata, quibus sat aperte insinuat Bercharius, adhuc adolescens, patriam reliquisse. Igitur, ait, dum puer sanctæ indolis tam scientia quam virtute animi cœvovos suos brevi præcederet... cœpit altius adspirare... atque adolescentiæ gressus divini amoris virtute roborare. Spretis deinde propinquorum et patriæ retinaculis, ... Sanctissimum Nivardum Remorum pontificem flagrat ardore expetendi. Dein post amplissimas laudes sancto præsulii tributas, pergit: Hujus itaque tantæ opinionis gratiæ provocatus, felix adolescens Bercharius, ecclesiasticis sacramentis, fide, habitu et actu aptissimus, cum illo beato sene, cui jam pridem dictum a Domino fuerat: Egredere de terra tua, etc., fidem participans et meritum, cognationem relinquens et patriam, post longi laboris excursus fines ingreditur Franciæ, futurus cum S. Nivardo pontifice

civis felicissimus... sanctæ Remensis Ecclesiæ. Ex his verbis satis patet Bercharium in adolescentia, proindeque ante susceptum sacerdotium e patria migrasse, et per ordinationem, pro more illorum temporum, factum esse civem felicissimum sanctæ Remensis Ecclesiæ. Sed cum post hæc verba statim subsequantur ea quæ numero superiori citavimus, evidens quoque fit non ita diu post suum ad S. Nivardum accessum sacerdotio initiatum fuisse, excolendum tamen dein accuratius scientiis et virtutibus, quibus utilitorem laboranti Ecclesiæ operam navare posset. Traditur itaque S. Bercharius informandus Remaclo, procuratori sacri scrinii palatii, cujus prudentiæ, ait Adso num. 5, et sanctitatis titulis commendata ubique excreverat opinio veneranda: qui scilicet vir inclytus, confessor postmodum Domini gloriosus, multis signorum virtutibus approbatus, placidus cunctis, benignus universis, in prosperitate modestus, in adversis patientissimus, vita laudabilis, eloquio affabilis, sic temporalia cautus exhibebat, ut æterna semper ab oculis non averteret.

29 Mabillon in Observationibus prævis ad Vitam S. Bercharii et Nostri in Commentario prævio ad Vitam S. Remaclo ad diem III Septembris (a) dubitant utrum Remaclo, præceptor Sancti nostri, idem sit ac sanctus Trajectensis episcopus; quod absolute denegat Adrianus Baillet in nota marginali ad Vitam S. Bercharii. Certe ratione temporis nihil obstat, quominus Sanctus sub disciplina S. Remaclo fuerit: ita enim cœvi erant, ut alter alterum ætate superat. Verum hanc qualemcumque probationem evertunt plane rationes oppositæ. Imprimis luculentum sane elogium texuit Adso, ut continuo vidimus, quin tamen vel verbo attingat aut ejus apud Trajectenses episcopatum, aut fundata, illo hortante et curante, monasteria duo nobilissima, Malmundariense scilicet et Stabulense; quod profecto non tacuisset scriptor, qui non solum procuratoris regii scrinii mentionem ingessit, sed etiam encomium sic concludit, ut omnia ad procuratoris officium referenda sint: Sic temporalia cautus exhibebat, ut æterna ab oculis non averteret. Deinde cum S. Remaclo Trajectensis probabilius initio anni 648 episcopus consecratus fuerit, uti Nostri monstrant in Commentario prævio ad ejus Vitam (b), proinde ante pontificatum S. Nivardi, qui non ante II Idus Martii (xiv Martii) anni 649, quando ejus decessor Lando obiit, Remensem cathedram conscendere potuit (c), nullum relinquatur tempus informando S. Berchario aptum.

30 Cointius quidem (d) Sancti nostri disciplinam sub S. Remaclo annum XXXIII sæculi septimi præcessisse contendit: quia, teste Adsoni, id factum fuit, quando S. Remaclo adhuc laicus, procuratoris regii scrinii munere in aula fungebatur, Clotario II regnante, qui diem supremum ejusdem sæculi anno XXVIII obiit. Verum de hoc munere a S. Remaclo administrato altum est silentium in ejusdem Sancti Vita ab auctore anonymo circa medium sæculum IX conscripta atque in Opere nostro ad diem III Septembris edita. Idem silentium observant duo alii ejusdem Sancti biographi Notgerus et Herigerus. Qua de causa admodum incertum esse, an reipsa S. Remaclo illud munus in aula regia gesserit, merito jam observarunt Mabillon ad Vitam S. Bercharii et Veldius noster in Commentario prævio ad S. Remaclo Vitam. Ad hæc quicumque concinnatum a Veldio Commentarium perlustraverit, facile perspiciet Sanctum hunc semper in Neustria, et ple-

D

traditur erudendus Remaclo cuiusdam

E

F

diverso ab homonymo Trajectensi

(a) T. I Septemb., p. 673, n. 18. — (b) Ibid., p. 675, n. 21. — (c) Cfr. Coint. an. 649, § IX, t. III, p. 239; et Nostros, t. I.

Sept., p. 270, n. 12. — (d) Ann. 612. § XVII, t. II, p. 631.

rumque,



A rumque, si non semper, in civitate Bituricensi moratum fuisse, donec post laudabilem Solemniacensis monasterii gubernationem, a Sigeberto II, Austrasiæ rege, in aulam evocatus fuit, ut illius prudentia, inquit Anonymus Stabulensis (a), disponerentur regni negotia; quod proinde ante annum 638, quo regnare cepit Sigibertus, non accidit. Omnino igitur improbable est S. Bercharium circa annum 628 magistrum habuisse S. Remaclum: tum quia vix natus erat, ut supra vidimus; tum quia S. Nivardus optimæ spei juvenem homini extero, utpote Neustrio, non tradidisset. Fuerit igitur præceptor Sancti nostri Remaclus aliquis, (hoc facile propter Adsonis testimonium admittimus,) dummodo ille omnino diversus a sancto Trajectensi episcopo statuatur.

deinde sub  
Walberto

B 31 Interea, inquit Adso num. 6, cum beati viri (Remacii) justus adolescens per aliquod tempus magisterio frueretur, et cœlestis pro viribus prælibasset haustum sapientie, Luxoviense monasterium accepto tulit expetere. . . Bercharius itaque, famulus Christi, ad altioris vitæ semper instituta descendere desiderans, pontificis sui autoritate et gratia celeri gressu ad locum hunc pro voto properat, præfati patris (Eustasii scilicet, de quo jam locutus fuerat Adso) alacritate condignus approbatur, sanctæ monachorum cohorti, non tam corpore quam mente et actu sociatur. In hac narratione Adsoni obrepsit error chronologicus; quando scilicet initium monachatus S. Bercharii statuit sub regimine S. Eustasii, Luxoviensis post S. Columbanum abbatis. Constat enim S. Eustasium defunctum esse anno 625, uti videre est in ejus Vita ad diem XXIX Martii (b), quo tempore, ut jam dicimus, vix puerulus erat Bercharius. Etenim, si sub S. Eustasio monasticam vitam Luxovii professus fuisset Bercharius, oporteret primum, ut diu ante episcopatum adisset S. Nivardum, deinde ut per annos circiter xxv Luxovii perseverasset; neutrum autem cum chronotaxi concordat. Igitur S. Eustasio substituendus est S. Waldebertus vel Walbertus, qui xl annos Luxovium gubernavit, et quo duce et magistro Sanctus noster monasticæ vitæ stadium percurrit. Hunc quidem Adsonis errorem non admittit Coitinus, sed Bercharium reapse a S. Eustasio monachorum Luxoviensium albo inscriptum fuisse opinatur; quia videlicet eundem multo citius id est circa annum 624 in aula regia magisterio S. Remacii usum fuisse credidit. Sed cum id, ut ex supra dictis liquet, sit nullatenus probabile, non video quomodo ab errore excusari possit Adso.

Luzovii

C 32 Quantum in vitæ sanctitate et regulari observantia profecerit, colligi potest ex Vita num. 7 et 8, ubi insignibus quamvis generalioribus, encomiis exornantur præclaræ ejus virtutes, et præcipue obedientia, quam etiam Deus, si biographo credimus, voluit declarare illustri prorsus miraculo, quod ex Vita loco citato in compendium sic redigo. Promptuarii præfectus Bercharius, dum cervisiam fratribus ministrandam in vas exciperet, contigit, ut ab abbate subito vocaretur; abbatis imperio sine mora obsecutus, non clauso epistomio promptuarium reliquit, atque ad abbatem accessit; reversus dein, nihil cervisæ in terram defluxisse, sed eandem instar columnæ mansisse supra amphoram elevatam, miratus est. Idem miraculum in Vita S. Columbani, ab Jona conscripta, observat Mabillon (c), ac propterea in suis ad Vitam S. Bercharii adnotationibus ita loquitur: Berchario (narratum miraculum) aptari

non potest: siquidem factum dicitur Columbani imperio, quem Bercharius suppar videre non potuit. Ast potuit istud miraculum bis fieri, primo quidem sub abbate Columbano, atque iterum sub Waldeberto; adeoque ob allatam a Mabillone rationem miraculum certo rejici non potest. Est tamen alia de causa dictum miraculum suspectum: Adso, a S. Bercharii ætate duobus sæculis remotus, miraculum refert non ex antiquis monumentis, sed ex sola, ut ejus verba insinuant, traditione, quæ sæpe dux est admodum infida in notis personarum et temporum: igitur etiam Adsonis auctoritas sufficiens non est, ut idem miraculum in eodem monasterio bis factum fuisse existimare debeamus: facile crediderim, Adsonem quod sub S. Columbano factum narratur, perperam in S. Bercharium transtulisse.

AUCTORE  
J. V. H.

E 33 Præter dictum miraculum, valde, ut ex dictis liquet, suspectum quæ Sanctus in Luxoviensi monasterio singillatim gesserit, biographus non explicat; siletque quamdiu in eodem monasterio moratus fuerit. De eo tamen tempore duo liquida sunt, videlicet: et ante annum 662, quo Altumvillare, ut infra monstrabitur, fundatum fuit, jam Remos rediisse; et longo tempore, ut habet Adso num. 9, Luxovii habitasse; quod tamen intra octennium decenniumve circumscribendum suadet initium pontificatus S. Nivardi. Cur vero Sanctus noster Luxoviense monasterium bona haud dubie venia abbatis sui reliquerit, atque Remos fuerit reversus, in causa certo fuit, quod S. Nivardus, ejusdem quem jam ante familiarem sibi habuerat, opera uti in condendo quod meditabatur, monasterio, eundemque abbatem præficere vellet: neque etiam absurdum fuerit cogitare ea lege Sanctum nostrum a B. Nivardo Luxovium fuisse directum, ut postea Remos reversus, haustam plurimorum annorum exercitio disciplinam in novo monasterio propagaret.

monachum  
agit.

### § III. Fundata a S. Berchario monasteria Altumvillare, Puellare et Dervense.

S Bercharius tria præcipua fundavit monasteria S. scilicet Altumvillare in episcopatu Remensi, Puellare pro feminis et Dervense pro monachis. utrumque in saltu Dervo, unde et nomen derivatur. Erat autem Dervensis saltus in finibus diecesium Catalaunensis et Tricassinæ situs. Quod ad monasterium Altumvillariense attinet, non est quod diutius ejus originibus explicandis immoremur, cum in Commentario prævio Vitæ S. Nivardi (d) et in S. Bercharii Vita infra edenda late descriptæ fuerint: ne igitur actum agamus, hic recudere nolumus. Sufficiat hic explicare varietates inter Adsonem et Flodoardum circa dicti monasterii foundationem occurrentes, quasque Stillingus noster discutiendas ad Vitam S. Bercharii probabilius rejecit. Prima quæ occurrit, difficultas nascitur ex eo, quod Adso num. 9 locum, in quo conditum est Altumvillare, juris S. Nivardi fuisse; Flodoardus (e) vero dictum locum ad Bavonem et Theodorannum fratres spectasse dicat; sed illos eandem possessionem S. Nivardo commutatione ab eo sumpta tradidisse: ut constat etiam ex fragmento chartæ donationis (f). Vera autem est utriusque narratio, Adsonis quidem ultimum possessorem, Flodoardi vero etiam præcedentes indicantis.

S. Bercharius  
Altumvillare

F

(a) T. I. Septemb., p. 693, n. 2. — (b) T. III Mart., p. 790. Cfr. Mabill. Act. SS. O. S. B., sæc. II, p. 123. — (c) Act. SS. O. B., sæc. II, p. 16. — (d) T. I. Septemb., § IV, p.

272. — (e) Hist. Rem. Eccl., lib. I, esp. VII. Bibl. Max. Patr., t. XVII, p. 536. — (f) Gall. Christ., t. X, Instr. col. I.

AUCTORE  
V. J. H.  
monaste-  
rium fundat,

35 *Discrepat quoque Flodoardus a biographo, quod hic visionem columbae, quae occasionem construendi monasterii praebuit, referat contigisse in S. Nivardi itinere Sparnacum versus; ille vero in ejusdem Sparnaco Remos reditu. Differt pariter, quod biographus nullum e primis Sancti nostri discipulis, qui in Altiwillariensi monasterio habitum monasticum induerunt, nominet; Flodoardus vero tres nominatim recenset, his verbis (a): Ubi (in Altumvillari) etiam praefatus Theodoramus monachus efficitur. Sed et Reolus filium suum, nomine Gedeonem, de nepte S. Nivardi susceptum ibi monachum fieri petiit, et rerum suarum partem ad idem monasterium condonavit. Beatus autem Nivardus, constituto monasterio, quidquid possessionum ante episcopatum fuerat visus habere, ad ipsum locum tradidit, et exhortatus Beatum Reolum (Campaniae comitem et S. Nivardi in episcopatu successorem) religionis ei suasit assumere habitum. Eodem, quo Flodoardus, modo loquitur Almannus in Vita S. Nivardi; verum cum neutrius verba, ut observat Stillingus noster (b) absolute exigant, ut reipsa monachus factus fuerit, facile hunc sensum patiuntur, ut S. Reolus clericalem solummodo vestem induerit, cum in ejus Vita a Stilingo citata, dicatur S. Nivardi salutaribus monitis informatus, tonsuram clericalem assumpsisse; caeterum haec quaestio poterit fortassis maturius discuti quando ad diem xxv Novembris ejus Acta edentur.*

probabiliter

36 *Sed quae maxime notanda inter utriusque narrationem intercedit differentia, ea est, quod biographus silentio quadam involvat, quae Flodoardus loco citato ejusdem caenobii structuram praecessisse refert: B. Nivardus, ait, dum ex communi consensu totius concilii praesulum Galliae Namnetis Romani jussione Pontificis exhibiti, rege favente, restruxisset ecclesiam monasterii, super ripam Maternae fluminis in loco nuncupato Villari dudum siti, sed a Barbaris diruti, et ab eo constructa haec funditus cecidisset ecclesia, in alio loco rursus ab eo restructa, rursus traditur corruisse. Haec verosimiliter omiserit biographus noster, quod reditum S. Bercharii e Luxoviensi monasterio praecesserint. Ex male intellecto Flodoardi loco, esset fortassis quispiam, qui suscipari posset caenobium Altiwillariense a S. Berchario fundatum fuisse paulo post concilium Namnetense, quod Sirmondus (c) et Labbeus (d) anno 658, Longuevallius (e) autem anno 650 celebratum statuit. Opinatur scilicet Longuevallius concilium illud coactum fuisse, ut fieret satis mandatis S. Martini Papae I: praescripserat enim Pontifex epistola ad S. Amandum, qua mittit acta synodi Lateranensis mense Octobri anni 649 celebratae (f), haec mandata: Ut synodali conventionem omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta, secundum tenorem encyclicae a nobis directae, scripta una cum subscriptionibus vestris nobismet destinanda, concelebrent, atque consentientes eis, quae pro orthodoxa fide et destructione haereticorum vesaniae nuper exortae a nobis statuta fuerunt. Porro haec Namnetensis synodus satis recte quadrat cum S. Martini epistola, ut anno 650 aut sequenti statuenda videatur.*

circa annum  
662

37 *Si qui igitur initium Bercharianae fundationis in Altumvillari cum concilio Namnetensi connectat, dicti monasterii originem ad annum 658 aut probabiliter ad annum 650 referat oportet: cujus quidem*

(a) Bibl. max. Patr., t. XVII, p. 536. — (b) T. I Sept., p. 274, n. 27 et p. 283, not. d. — (c) Conc. Gall., t. I, col. 485. — (d) T. VI Conc., col. 486. — (e) Hist. de l'Egl. Gall., t. IV, p. 7. — (f) Labbe, t. VI Conc., col. 383. — (g) Rec.

erroris Mabillonium arguit D. Bouquet (g). Nullibi tamen hanc quam Mabillonio tribuit opinionem invenit: in Annalibus Ordinis S. Benedicti (h) fundationem Altiwillariensem sub annum 662 ordinat; in Actis vero Sanctorum ejusdem Ordinis tempus nullum statuit. Sed cum ex Actis S. Bercharii num. 17 sciret vir eruditissimus Childerici regis Francorum opitulante clementia conditum fuisse caenobium, certum profecto illi erat, non ante annum 660, quo regnare cepit Childericus II, opus inchoari potuisse. Tempus igitur fundati a S. Berchario Altiwillariensis monasterii, inter hunc annum propter Childericum regem, et annum 673 propter obitum S. Nivardi statuendum est. Stillingus noster (i) circa finem episcopatus S. Nivardi initia Altumvillaris ponit; ast cum S. Bercharius procul dubio aliquot annos in aedificando regendoque dicto caenobio insumpserit, cumque dein Dervense, superstite etiamnum S. Nivardo, circa annum 672 construxerit, initia Altiwillariensis magis ad medium quam ad finem episcopatus S. Nivardi sunt revocanda.

38 *Unum tamen est, quod suadere posset Altumvillare aedificatum fuisse circa finem episcopatus S. Nivardi; Adso scilicet sancti episcopi mortem fundato monasterio subnectit, unde concludit Pagius (k) breve temporis intervallum inter utrumque eventum intercessisse. Sed Dervum non prius fuit aedificatum, ut habet Adso num. 20, quam res tam exteriores quam interiores praedicti Altiwillariensis caenobii secundum Dei cultum honorifice ordinatae essent; tunc, ait biographus, opportuna sibi loca lucrificandi gratia perquirebat. Stillingus autem ab errore liberare tentat Adsonem, cum inquit (l): Adso mortem quidem Nivardi narravit, ante quam loqueretur de fundatione Dervensi, sed nullibi asseruit mortuum esse Nivardum ante dictam fundationem. Credo equidem Adsonem hic vere errasse et posuisse tempus obitus S. Nivardi, quando imperfecta adhuc erat Altiwillariensis fundatio: nam paulo post agens de eodem caenobio dicit: Qui licet tanti patris fuerit solamine destitutus, nequaquam tamen a caepti operis intentione desistens, etc. Porro infra num. 50, monstravimus S. Nivardum pluribus annis superstitem fuisse. Recte igitur plerique chronologi recentiores censent fundationem Altiwillariensem circa annum 662 collocandam esse; cum non multo citius propter regis Childerici II initia, neque multo tardius statui possit, propter subsequentes S. Bercharii fundaciones, quae non incepti, nisi bene constituto Altumvillari, ejusque disciplina rite stabilita, ut probant Adsonis verba supra allata.*

39 *Gradus nobis nunc est faciendus ad alias sancti viri fundaciones in saltu Dervo factas. Erat autem saltus Dervensis, ut jam dixi, finitimus inter dioceses Catalaunensem et Tricassinam; hodie vero, saltem quoad partem territorii in quo Dervense et Puellare monasteria sita sunt, ad episcopatum Lingonensem et ad praefecturam Matronae superioris (Département de la Haute-Marne) pertinet. Primum quidem caenobium in saltu Dervensi fundavit pro feminis: unde nomen Puellare monasterium (gallice Puellermontier) accepit. Ejus fundationem sequentibus verbis refert Adso num. 20: Abinde (e caenobio Altiwillariensi) egressus, Dei munere praecurrente, vastam saltus Dervensis solitudinem petere contendit: quo in loco, qua venerat intentionis non immemor, aptum aedificandi caenobii statum invigilando sollicitè scrutabatur. Haec igitur inter cogitandum, Dei gratia pra-*

des Hist. de France, t. III, p. 588 in nota. — (h) Lib. xv, § xxiii, t. I, p. 429. — (i) T. I Septemb., p. 272, n. 21. — (k) Critic. Baronii, ad an. 662, § V. — (l) T. I Sept., p. 276, n. 33.

duce,

A duce, contulit se ad quamdam matronam, Walthildem nomine; quæ superbo nobilitate sanguine, plurimorum a proavis prædiorum affluentia lætabatur: a qua vir sanctus conducti pretii dono emit sibi partem silvæ, eum scilicet locum, qui dicitur vulgo Mangisvillare; ibique cellulam ædificans, eamque B. Mariæ ad honorem consecrans, puellarum cœtum Deo Matrique servitarum, prout posse fuit, diligentissime aggregavit. . . . Ex hoc igitur, Christi adminiculante suffragio, excrevit numerus virginum adusque sexagenarii cumulum, quibus etiam prædictis pater neptem supra scriptæ matronæ Walthildis solemniter abbatissam præfecit.

Puellarum 40 *Puellare monasterium primum fuisse, quod S. Bercharius in saltu Dervensi fundavit, ex eo liquet, quod transiens biographus ad alias Sancti fundationes, dicat: His quoque rite peractis; quæ verba omnino indicant, reliquis constructiones in Dervo subsecutas fuisse hoc virginum monasterium. Has vero ita describere pergit biographus: His quoque rite peractis, secretiora saltus infatigabiliter excutiens, cognoscere summopere gestiebat, sicubi opportuniore loca ædificandi cellulas reperisset; veniens in quemdam locum, Lutosas nomine, cellam construendi aptum reputans, nimia sollicitudine vota explorare studebat. Hoc igitur propriis viribus nullo modo ducens aggredi, cuius erat hoc prædium potestatis adiit. Eo siquidem tempore Childericus rex, regnum Francorum nobilissime gubernans, libentissime sancti viri petitionibus adquiescebat. Hunc ergo pater eximius adiit, atque sibi ad bona vota consortibus viris, Dei amore ferventibus, Leodegario et Mummuleno episcopis, Amalrico quoque et Wlfaudo optimatibus, impetravit a rege licentiam ædificandi sibi in eodem loco basilicam, quam S. Martini in honore consecravit, prædictus rex Childericus circumquaque ab ecclesia silvæ leuga una benigne donavit.*

et Virorum 41 *Post ædificatam S. Martini basilicam, alias cellas erectas fuisse monstrant ejusdem biographi verba: Beatus vero Bercharius neque his contentus cellulam sibi juxta locum, qui dicitur Puteolus, ea in parte, quæ nunc Monasteriolum dicitur, ad honorem B. Mauricii condidit, sperans aptum monasterium ædificandi locum reperisse. Verum, cum hoc etiam sibi habile non videretur, super fluvium Vigeræ quamdam ecclesiam S. Sulpicii honori dicavit. Neque ibi etiam statum cœnobii aptum fore ducens, mente pervigili, ut sapiens architectus, eum qui petentibus se adesse comprobatur, dare loca congrua votis poscebat. En varia tentamina, ut aptum sibi suisque cœnobium fundaret Bercharius noster: disciplicuerant priora, propterea locum magis favorabilem exquirat. Joannes quidem Mabillonius (a) hæc omnia potius principi monasterio postea accessisse existimat: ita ut ordinem chronologicum intervertisse Adsonem suspicetur. Profecto, si cellulas S. Martini, S. Mauricii et S. Sulpicii construxisset Bercharius, tamquam prioratus seu appendices principalioris cujusdam monasterii, nullum superesset dubium, quin Dervense præcessisset majus monasterium; verum ex toto contextu habemus imprimis, varias cellulas fuisse initia quædam principalis monasterii, sed cum ea loca ob ignotas nobis rationes non placerent, varias a Sancto exquisitas fuisse stationes, donec tandem Dervensem repererit. Si igitur prænarratæ Sancti fundationes ad principalem Dervensem postea*

(a) Ann. ad an. DCLXXII, lib. XVI, § XVIII, t. I, p. 469.

accesserint, hoc non adeo ex præconcepta aliqua intentione, quam ex subsecuto eventu accidit. Deinde Adso, quem solum in hisce foundationibus auctorem sequi possumus, omnino indicat chronologico se ordine voluisse procedere in enarrandis Sancti foundationibus: a quo proin nobis non licet recedere, donec afferantur monumenta, quæ contrarium evincant.

42 *Ex verbis itaque Adsonis omnino concludendum est, fundatione monasterii Dervensis sanctum virum coronidem quodammodo suis laboribus imposuisse; quod satis indicant Adsonis verba dicentis: Quodam igitur tempore, cum jam divina clementia ulterius famulantis animum per diversa distrahi nollet, præcurrentibus indicibus, locum votis congruum iri repertum dedit. Hæc certe confirmant, quæ supra diximus de variis tentaminibus, quibus S. Bercharius aptum construendo monasterio locum reperire conatus est: quem primo quidem non invenit, postea vero, Deo ita disponente, aptissimum sibi elegit, ut luculenter narrat biographus mun. 23: Nam abdita silvæ perlustrans, casu quemdam ad locum devenit, ubi pastores subulcos reperit: quos blande allocutus, aureique illos numismatis munere donans, poposcit ostendi sibi quæ habiliora aliquando silvas circumeundo ad habitandum loca pervidissent, dicens sibi animum esse, uti congruo habitandi loco extirpando silvas cœnobarum tabernacula designaret: se quidem diversa tentasse, sed nullo penitus loco commanendi habitacula fida invenisse. Narrant dein subulci locum quemdam esse in saltu, caelesti portento insignem. Post quæ pergit Adso:*

43 *Ibi ergo B. Bercharius multo labore silvis radicibus eruditus, cœnobii ædificandi statum præelegit. Exinde ad palatium progreditur, regis gratiam, ex cujus desiderio ista agebat. S. Leodegario episcopo, et Almarico majore-domus, Fulcoaldo quoque et Wlfaudo, Nivardo etiam et Ate-lano episcopis, impetravit sibi dari silvam ex suo fisco, qui vocatur Vassiacus, in circuitu præfati loci, sicut ex auctoritate regia tenetur exterminatum: unde sumptus habere valeret ac prædia ad cœnobium constituendum. . . . Unde ipse Dominus Bercharius ecclesiam Deo in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli consecrandam construxit, quam ex præfato loco Puteolum appellavit. Totam hanc narrationem consideranti evidens fit, Adsonem sectatum fuisse ordinem chronologicum fundationum S. Bercharii; proindeque omnia illa cœnobio constructa fuisse ante tempus, quo Childericus II diploma dedit pro monasterio virorum Dervensi, seu ante annum III regni ejus.*

44 *Inter schedas a decessore de S. Berchario relictas, et post concinnatum hunc commentarium prævium repertas, statuitur opinio Adsonianæ narrationi contraria, eaque duobus argumentis fulcitur. Prius est, S. Bercharium ante omnia principale monasterium Altumvillare constituisse, adjecisse deinde Oratoria et cellulas S. Joannis Baptistæ et B. Mariæ Virginis: unde concludit, vel hinc Mabillonii opinionem, qua minores cellas principaliori cœnobio postea adjectas fuisse arbitratur, prorsus amplectendam videri. Equidem lubens amplecterer opinionem Mabillonii, si Adsonis verba confuse aliquid sonarent, sed nimis accurate ordinem temporis signat biographus, ut propter analogiam quamdam ab illius chronotaxi discedere audeam; idque maxime, cum Adso efficacem rationem adducat, cur Bercharius non a præcipuo quodam cœnobio, sed a cellis quibusdam exorsus sit, ut numeris superioribus ostendi. Neque objicere juvat Adsoni, jam sapientius lapsus credendum non esse: facile errare*

AUCTORE  
J. V. H.

post varia  
tentamina,

E

fundat  
tandem

F

principale

potuit

AUCTORE  
J. V. H.

potuit biographus circa infantiam S. Bercharii, et res ejus Remis gestas, quarum narratio traditione nitebatur; ast aliud omnino est, quando de Dervensi fundatione tractat; etenim coram procul dubio habebat certiora monumenta, quibus fidem facere posset.

monasterium;

45 Alterum argumentum, quo probare conatur decessor, Adsonem historicum ordinem intervertisse, est, quod nullatenus verosimile sit S. Bercharium prædicta omnia sacra ædificia construxisse, priusquam a Childerico rege fundum in quo Dervense principalis cœnobium conderet, impetrasset; id autem factum esse dici debere, si quis stare velit ordini narrationis ab Adsonē instituto. Verum non credo ad hujusmodi angustias me esse redactum: ipsa quippe charta Childerici supponit non omnem fundum fuisse regium, et proin cellæ aliquot in privato fundo edificari potuerunt. Certe Puellare monasterium ad regem non spectabat, sed ad nobilem, ut vidimus num. 39, matronam, Walthildem nomine, a qua pretio dato S. Bercharius emit partem silvæ. Dein duplex est Childerici donatio: prior, teste Adsonē allato supra num. 40, fundationes cellarum præcedit, et concessa fuit consiliantibus Leodegario et Mummoleno episcopis, Amalrico quoque et Wlfaudo optimatibus; altera donatio ad Dervense principale monasterium spectat, quæ sola hodie superstes, testes habet, omisso Mummolino, supralaudatos et insuper Nivardum et Atelamum episcopos et Fulcoaldum optimatem, ut habet Adso citatus supra num. 43. Duo itaque fuerunt Childerici II diplomata, quorum posterius ad nos devenit. Utrumque certe in tabulario suo habebat Adso; unde confirmatur quoque ejus narratio, et proin quam amplexus sum, opinio.

B.

cujus fundationis

46 His expeditis, superest altera eaque non parva difficultas circa annum, quo Dervense principale monasterium, Puteolus dictum, incepit: quia alii Childerici annos a regno Austrasiæ seu ab anno 660, alii ab obtenta monarchiâ totius Franciæ seu ab anno 670 aut sequenti computatos volunt. Priorem sententiam amplectuntur: Brequigny (a), D. Bouquet (b) et Pagius (c); quorum rationes postea expendemus; posteriorem vero sequuntur: Joannes Mabillon (d), Coingtius (e), atque Adrianus Baillet in Vita S. Bercharii. Ante omnia ipsum Childericianum diploma e Gallia Christiana (f), cum exemplari Nicolai Camuzat (g) collatum, in medium producamus: tum quod confirmandis biographi dictis, tum etiam determinando, quod huc maxime spectat, conditi Dervensis monasterii temporis apprime subservit: Celstitudo regalis clementiæ religiosorum virorum petitionibus semper debet annuere, maxime gerentibus studium curæ ecclesiasticæ, quatinus divinum cultum exhibentibus benigno affectu subveniat, et opem suæ devotionis impendat, ut eorum oratio apud Domini clementiam nobis succurrat, et pro pace et stabilitate regni nostri jugiter interveniat. Quapropter ad notitiam cunctorum pervenire jubemus, quoniam adit serenitatem nostram venerandus ac religiosus abbas Bercharius, supplicans, ut concederemus ei quemdam locum in foreste Dervo et in fine Vuaciacense, in quo sibi liceret construere monasterium, et ut daremus sumptus ac prædia; per quæ ea, quæ competenter monasterio vel locis cellarum, compleret, et monachorum congregationem ibidem aptaret.

C.

diploma duplex

47 Placuit igitur reverentiæ nostræ summi viri supplicatio, et quæ postulaverat concessimus illi:

(a) Tabl. Chronol. des Dipl., t. I, p. 63. — (b) Rec. des Hist., de France, t. IV, p. 645. — (c) Crt. Bar. ad an. 663, § vii. — (d) Annal., lib. xvi, § xvii, t. I, p. 468. Cfr. tamen quæ idem habet in Act. SS., Sæc. II, p. 841, not. a.

qui monasterium construens supra fluvium Vigoræ in honore Beatorum Petri et Pauli vel ceterorum Sanctorum, petiit altitudinem nostram, ut, pro rei totius firmitate, integram emmunitatem circa ipsum monasterium contraderemus. Nos igitur celesti beneficio promoti, consensu episcoporum et optimatum nostrorum, precibus tanti viri aurem accommodantes, jubemus, ut de omni facultate ipsius monasterii, tam quod ego ipse ibidem delegavi, quam etiam, quod a reliquis Christianis hominibus noscitur esse condonatum, quodque ad præsens in quibuslibet locis, territoriis, et ex ejus hereditate vel studio, tam ultra Ligerim in Herla scilicet et Saturiaco, vel Domofronte cum appenditiis suis quam etiam citra Ligerim possidere videntur, seu quod ibidem adhuc inantea in Dei nomine a Christianis hominibus juste et rationabiliter fuerit additum vel condonatum, pro quiete ipsius regni nostri integram emmunitatem pro reverentia ipsius sancti loci concedimus, ut nullus iudex publicus, quolibet modo judiciaria accinctus potestate, in curtes ipsius monasterii ubicunque ad præsens eorum maneat possessio vel dominatio, aut quod inantea, ut diximus, fuerit additum vel condonatum, nec ad causas audiendum, nec fidejussores tollendum, nec freda exigendum, nec mansiones faciendum, nec rotaticum infra urbes vel in mercatis extorquendum, nec ullas paratas, aut qualeslibet redhibitiones exactare præsumatur, sed in omni facultate ipsius monasterii, ut præfatum est, in omnibus locis et territoriis, ubi aliquid possidere videntur, absque interdictu iudicum, remotis et resecatis omnibus petitionibus de partibus fisci, usque super ripam fluvii Magnentis, progrediente in directum termino ad locum, qui Vallis profunda nuncupatur, sub emmunitatis nomine inconcussa, tam nostris quam futuris temporibus valeant dominari vel possidere, quo fiat; ut et nos de præstito beneficio ad mercedem pertineat, et ipsos servos Dei, in ipso monasterio consistentes, melius delectet pro stabilitate regni nostri attentius Domini misericordiam deprecari.

D.

E.

\* procuratio-  
nes  
\* vecligal  
\* multitas

48 Et ut hæc emmunitas firmiter habeatur et per tempora conservetur, manus nostræ et fidelium nostrorum, tam episcoporum quam optimatum subscriptionibus, subter eam decrevimus corroborari. Signum Reoli episcopi. Sig. Leodegarii ep. Sig. Atleani ep. Sig. Wlfaudi majoris-domus. Sig. Almarici. Data IV nonas Julii anno III regni Childerici regis. Actum Compendio palatio. Antequam ad solvendam quæstionem chronologicam de anno dati diplomatis accedamus, aliqua observanda recurrunt. Imprimis in ea saltus Dervensis parte quam se S. Berchario dedisse in hoc diplomate profitetur Childericus rex, situs erat locus Puteolus (gallice Puisie) dictus, quem secundum Adsonem Sanctus noster ab eodem rege impetravit, atque ubi primariam basilicam sub titulo SS. Apostolorum Petri et Pauli consecratam, ipsumque monasterium construxit, atque ea de causa Dervense monasterium Puteolus appellatur in litteris donationis ipsiusmet S. Bercharii infra recitandis et in diplomate Theodorici III, regis Neustriæ, qui, mortuo fratre suo Childerico, Austrasiam affectabat (h).

Childerici II

F.

49 Ad elucidationem Childericiani diplomatis, conferunt non parum litteræ donationis S. Bercharii, de quibus supra mentionem fecimus, et præterea

— (e) Ann. Fr. ad an. 671, § xl. t. III, p. 634. — (f) T. X. Instr. col. 147. — (g) Prompt. Antiquit. Tricass., p. 79. — (h) D. Bouquet, t. IV, p. 662.

insigniter

A

insigniter illustrant, quæ de Sancti patria, parentibus, divitiis docuimus § II. Quare illas integras ex Nicolai Camuzat Promptuario (a) hic transcribimus: Ego Bercharius in Christi nomine abbas. Illud in Dei nomine potest ad animæ nostræ remedium pertinere, cum ad loca Sanctorum aliquid voluntate bona fuerit condonatum, et ideo per hanc epistolam donationis ad monasterium, cujus vocabulum est Puteolus, supra fluvium Vigeræ, quod proprio labore, donatione et adjutorio regum œdificavimus, dono ibidem a die præsentis hæreditatem nostram in villa Diseio ultra Ligerim supra fluvium Crete cum appendiciis suis, hoc est, quidquid visus sum habere in Cavannas, in Saviniaco, in Balgiaco, in Britello, in Musciaco, in Bissiacio, in Criseio, in Cassiniaco, in Abloniaco, ibi habetur capella in honore S. Aniani, in Graviaco, in Laminiaco, in Nuhileio, in Luceio, in Saeron, in Virgiolo, in Sorgenio, in Vergenio, in Aliaco, in Montiniaco, in Cartal et Ferziaco, quæ omnia superius nominata nobis ex successione paterna atque materna legibus obvenit, tam terris quam domibus, ædificiis, mancipiis ibidem commanentibus, quæ in præsentem tempore tenere videmur totum ad integrum, ita ut hæc omnia superius intimata ad jam dictum monasterium volo esse in dominicatum, ut ibidem in perpetuo proficiat in augmentum, et monachi qui ibidem deserviunt die nocteque pro peccatis meis et regum et totius populi deprecari debeant: et si quis (quod fieri non credimus) de hæredibus vel prohæredibus nostris contra hanc epistolam donationis insurgere conatus fuerit, in primis vita propria careat, atque cum stirpe sua captivus... et sic ut Sodoma et Gomorrha in præsentem seculo percussa est, similiter percuciat potestas et habitatio ipsius.... Actum Remis civitate, sub die III cal. Septemb. (xxx Augusti), præsentem Domino et glorioso Childerico Rege, an. IV regni ejus. Signum Nivardi archiepiscopi. S. Leodegarii episcopi Augustidunensis. S. Mummoleni epis. Noviomensis. S. Hermari abbatis. S. Hilduini abbatis. S. Bercharii abbatis, qui hanc cartam donationis fieri jussit.

et imprimis utriusque

C

50 Circa utrumque hoc antiquitatis monumentum, Childericianum scilicet diploma et donationem Bercharianam, duplex nunc oritur quæstio: prima, an genuinæ sint, quibus utraque charta munitur, subscriptiones; altera, ad quem ævæ Christianæ annum binæ hæ litteræ sint referendæ. Childericiani diplomatis subscriptiones genuinas non habet Pagius (b) quoniam inter subscriptos Bercharianis litteris episcopos contendit male legi S. Nivardum, quem ab interpolatore quodam loco Reoli substitutum autumat. E contrario Cointius (c) et Mabillonius (d) Bercharii litteris recte subsignatum dicunt S. Nivardum et in Childerici diplomate male notatum Reoli nomen pro signo Nivardi. Ut vero opinionem suam probent, tam Cointius et Mabillonius, quam Pagius, ad Sancti nostri Acta recurrunt. Pagius itaque contendit S. Nivardum ante fundationem Dervensis monasterii, nonumque absoluta, quam anno 662 ceptam existimat, Altvillariensi fundatione, obiisse; quia tunc ejus obitum narrat biographus noster; adeoque S. Nivardum diplomati post mortem suam dato subscribere nequivisse. Cointius vero et Mabillonius S. Nivardum in vivis adhuc, cum fundaret Dervense monasterium, superstitem fuisse contendunt. Neque immerito; id enim suadent tum

(a) F<sup>o</sup> 81. — (b) Crit. Bar. ad an. 663. § VIII. — (c) Ad ann. DCLXXI, § XIII, t. III, p. 637. — (d) Ann., Bened., lib. XVI, § XVII, t. I, p. 468 — (e) Mich. Germain. Hist. de l'abb.

Bercharianæ litteræ, Childerici diplomate posteriores, quibus Nivardus subscriptus legitur, tum clarissima Adonis biographi verba, dicentis num. 24: Auxiliantibus.... Nivardo (procul dubio Remensi, ut infra monstrabimus), et Atelano episcopis impetrasse sibi (Bercharium) dari silva e regio fisco.

51 Pagium insuper inter arctiores limites vitam S. Nivardi circumscriptisse, liquet ex diplomate Drauscionis seu Drausii Suessionensis episcopi pro monasterio puellari ejusdem civitatis anno 666 dato, cui subscriptus legitur Nivo seu Nivardus (e). Liquet pariter ex fragmento Vitæ S. Lanberti, ad diem XIV Aprilis a Nostris edito (f), S. Nivardum adhuc in vivis fuisse undecimo anno (Childerici II) regis in Austria, qui fuerat primus in Neustria, seu anno Christi 671: cum vero haud diu post hunc annum transcriptum supra Childerici diploma, ut mox videbimus, concessum fuerit, admodum verisimile evadit, S. Nivardum, inter eos quorum apud regem favore Sanctus noster idem diploma impetravit, a biographo nostro recte recenseri, et proinde hujus nomen inter subscriptos episcopos loco Reoli esse restituendum; idque eo magis, quod procul dubio Adso, Dervensis abbas, coram habuerit originale diploma Childerici, ex quo fautorum nomina desumpserit. Ut suam tamen sententiam Pagius tueatur, reponit Nivardum, Drauscionis diplomati subscriptum, in fragmento Vitæ S. Lanberti memoratum, ac tandem a biographo nostro inter S. Bercharii apud regem fautores recensitum, a S. Nivardo seu Nivone Remensi episcopo esse distinguendum, et ignotæ cujusdam sedis in Gallia episcopum existisse. Si hæc ita se haberent, non posset non mirum videri, nullam hactenus in Gallia civitatem reperitam fuisse, quæ Nivardum hunc a Remensi distinctum et ex tot antiquis monumentis cognitum, inter suæ sedis episcopos vindicaret. Præterea qui factum est, ut Nivardus ille, quem biographus inter auxiliatores nominat, subscriptus non reperitur, cum reliqui omnes, qui intercessores apud Childericum pro S. Berchario leguntur, diploma nomine suo firmasse videantur? Qui pariter factum est, ut diplomati nunc subscriptus compareat Reolus, cujus mentionem non facit biographus? Sane non aliam ob rationem mihi factum fuisse videtur, ut Nivardus inter subscriptos episcopos disparuerit, et Reolus illi substitutus fuerit, quam quod interpolator ille putaverit, reipsa agi ibidem de Nivardo Remensi cujus propterea successorem nominat Reolum.

52 Admodum igitur probabile est, perperam Reoli nomen Childericiano diplomati irrepsisse, nisi dicatur potuisse Reolus pro Nivardo vicaria potestate (g) subscribere, et in Bercharianis litteris recte Nivardi Remensis nomen subscriptum legi, quin tamen probandum sit archiepiscopi titulus ab interpolatore quodam appositus; vulgo enim notum est vocem illam circa medium sæculi VII in Galliis cognitam quidem fuisse, sed tamen ante sæculum VIII aut IX ab ipsismet episcopis non fuisse usurpatum. Male itidem in S. Bercharii litteris expressam esse Childerici annum IV, patescet ex iis, quæ circa alteram, quæ nunc discutienda est, quæstionem, quo videlicet anno, Childerici II et S. Bercharii litteræ datæ sint, proferemus. Duplex initi a Childerico II regni epocha invenitur usitata: una inchoatur a tempore, quo a S. Bathilde matre sua solius Austrasiæ rex constitutus est; altera vero ab adita post Clotarii III mortem, et depositum rasumque Theodorici III, Neustriæ atque Burgundiæ possessione. Proinde,

de N. D. de Soissons, p. 421. — (f) T. II Apr., p. 217, n. 3. — (g) Cfr. t. I Sept. p. 274, n. 33.

AUCTORE  
J. V. H.diplomatis  
subscriptiones,

E

F

dein annus

ut

AUCTORE  
J. V. H.

ut sciatur cum quo anno *æra Christianæ* annus tertius Childerici regis, quando diploma datum fuit, componi debeat, sciendum non solum est, a qua ex duabus epochis annus Childerici tertius inchoandus sit, verum etiam quo tempore idem Childericus primum in Austrasia, deinde in Neustria et Burgundia regnare sit exorsus. Duplex hoc regni initium operose inquisivit Cornelius Byeus noster in Commentario prævio ad Vitam SS. Leodegarii et Gerini (a), probavitque Childericum regnare cœpisse in Austrasia anno 660; et deinde in Neustria ac Burgundia, Theodorico III, qui aliquot mensibus post Clotarium III, sub finem anni 669 aut initio sequentis defunctum, utrumque regnum tenuit, e solio deturbato, anno 670 ad mensem Octobrem provecto regnare cœpisse.

utriusque diplomatis discutiantur;

B

53 Ex dictis consequens fit sæpe dictum Childerici diploma datum fuisse aut anno 662 aut 672, prout ab alterutro regni initio numeretur. Posteriorem epocham designari, seu diploma datum fuisse quando tertio jam anno Childericus universam Franciam gubernabat, censent Cointius (b) et Mabillo-nius (c) ordinantes fundationem sub anno 672; horumque sententiam merito amplexi sunt e Majoribus nostris Stillingus in Commentario de S. Nivardo (d) et Byeus (e) in Commentario de SS. Leodegario et Gerino. Etenim dictum Childerici diploma datum notatur Compendio palatio: id autem palatium in Neustria situm, atque istic reges Neustrasianos plerumque demoratos fuisse, passim notum est (f). Constat quoque Mummolinum S. Bercharii litteris subscriptum Noviomensem in eadem Neustria, Leodegarium qui utrumque monumentum sua subscriptione communiavit, Augustodunensem in Burgundia episcopos exstitisse: jam vero nullatenus verisimile est, memoratis chartis subscribere ex Burgundia Neustriaque regnis episcopos, aut regium Childerici diploma in Neustrasiorum regum palatio dari potuisse, antequam Childericus Neustria et Burgundia dominaretur: sane aliis argumentis, ait Cointius loco citato, quam quæ a loco dati diplomatis et subscriptorum episcoporum sedibus petuntur, non est opus ut intelligas annos Childerici regis non a die numerari quo primum Austrasie dominari cœpit, sed a die quo se monarcham totius Franciæ dixit, exauctorato Theodorico fratre, Burgundionum Neustrasiorumque rege.

C  
refutatur  
Pagius,

54 Hisce tamen argumentis a Cointio allatis, subscribere non vult Pagius, qui (g) oppositam sententiam tuetur, variisque rationibus probare nititur, utramque præfatam chartam datam fuisse, quando Childericus in sola Austrasia regnabat. Præcipuum opinionis suæ fundamentum statuit Pagius in litteris S. Bercharii, atque ex hisce ad dictum annum sic argumentatur: Posterior charta data sub die III kal. Septemb. anno IX regni Childerici Cointium in transversum egit, et in causa fuit, cur mortem Sigeberti regis anno DCLIV, mortem Clodovei II et initium Clotharii III, ejus filii, anno DCLV, ejusdem Clotharii mortem et initium monarchiæ Childerici II anno DCLXIX consignarit, sicque chronologiam Francorum non parum perturbavit: si enim monarchiam Childerici II numerasset ab anno DCLXX, quo is revera eam adeptus est et Clothario fratri successit, quartus illius annus cum III kalendas Septembris conjunctus, in posteriori charta incidisset in annum Christi DCLXXIII, quo tamen anno et mense jam forte Childericus occisus erat, quove tempore

fatetur Cointius, Leodegarium in monasterio Luxoviensi inclusum fuisse. Cum itaque Cointius persuasum haberet chartam illam datam esse anno quarto Childerici monarchiæ et quidem exeunte Augusto, et Childericum anno DCLXXIII, quod ultimum verissimum est, interfectum esse, non potuit Clotharii III, Clodovei II et Sigeberti mortem non antevertere, in quæ etiam, aliaque incommoda, quemadmodum ille, volens nolensque incidet, qui laudatum præceptum Childerici et donationem Bercharii, illo in Neustria et Burgundia regnante, emissa est voluerit. Ita Pagius variorum errorum in chronologia Cointium incusans; litterasque donationis S. Bercharii, adeoque etiam, quod ante has emissum fuit, regium Childerici diploma ad illud tempus, quo Childericus in sola Austrasia regnabat, revocanda esse, duplici potissimum ex capite, ex tempore videlicet exilii S. Leodegarii cædisque Childerici contendit.

55 Dubitandum quidem non est, quin Pagius varios chronologicos errores in Cointio recte notarit; sed nihilominus commode et absque errorum illorum, in quos Cointius incidit, periculo statui posse diploma Childerici et S. Bercharii litteras data fuisse eo tempore, quo Childericus non tantum in Austrasia, verum etiam in Neustria et Burgundia regnabat, demonstrant Nostri in Commentario prævio de S. Leodegario (h). In hoc tamen recte habet Pagius, quod notit in litteris S. Bercharii admittere subscriptum S. Leodegarii nomen, conjunctum cum die III kal. Septembris, anni IV Childerici monarchiæ: tunc enim dictus S. Leodegarius in Luxoviensi monasterio exul debebat; proinde aut hæ litteræ revocandæ sunt ad annum IV Childerici regnantis in sola Austrasia, sive ad annum 663, aut in eodem mendum aliquod irrepsisse dicendum est. Reipsa autem hujusmodi mendum irrepsisse incuria amanuensium, qui cum oculo minus attento in autographo quod præ manibus habebant anno III regni ejus, unitate posteriore cum media pene inferius coeunte, exaratum adspicerent, annum IV regni descriperunt; idcirco mihi persuasum habeo, quod, nisi hic amanuensium error admittatur, characteres chronologici in Bercharianis litteris expressi, necessario, ob S. Leodegarii exilium, referendi sint ad Childericum in sola Austrasia regem; id autem fieri vetant subscriptorum episcoporum sedes extra Austrasiam positæ, et summa improbabilitas quæ in eo est, ut S. Bercharius anno 663, novem scilicet annis ante obtentum regium privilegium, bona sua omnia contulerit in Dervense monasterium, verosimiliter nondum constructum, ut supra vidimus. Ipsum autem cum Pagio Childericianum diploma ad idem tempus revocare, non patiuntur dati diplomatis locus, Compendium, in Neustria situm, et ipsiusmet, Childerici verba: Ut hæc emmunitas firmior habeatur et per tempora conservetur manus nostræ et fidelium nostrorum tam episcoporum quam optimatum subscriptionibus subter eam decrevimus roborari. Nam fidelium nomine designat Childericus subditos suos, inter quos computare non potuisset Leodegarium, si, cum id diploma ederet, solum Austrasie regnum tenuisset.

56 Reponit quidem laudatus Pagius, Childerici verba ita accipienda esse, ut fidelium seu subditorum nomine alii tum episcopi tum optimates diplomati subscripti, nequam vero Leodegarius Burgundio, intelligantur. Quid enim, inquit l. c., impediabat, ne Childericus, qui in Neustriam ad Clotarium

(a) T. I Octobr., § viii, p. 381. — (b) Ad an. DCLXXI, § ix, t. III, p. 634. — (c) Annal., lib. xvi, § xvii, l. I p. 468. — (d) T. I Septemb., p. 275. n. 32. — (e) T. I Octob., p.

384, n. 122. — (f) Andr. Valesius Notit. Galliæ. — (g) Crit. Baron. ad an. 663, § xi. — Acta SS., T. Octobr., p. 381, § viii.

fratrem

A fratrem videndum, aut aliam ob causam nobis ignotam venerat, dare posset bona ad fiscum suum pertinentia, et quos volebat, testes adhibere; res enim hæc non est domini, sed jus etiam privatis commune. Magis urget loquendi modus Childerici, ad quem Cointius animum non advertit; ait enim: "Et ut hæc immunitas firmior habeatur, manus nostræ ac fidelium nostrorum tam episcoporum quam optimatum subscriptionibus subter eam decrevimus corroborari." Fidelium quippe nomine vassali et subditi designantur, qualis non erat Leodegarius. Verum Childericus rex fidelium nomine non comprehendit Leodegarium, Clotarii fratris sui subditum, sed Reolum episcopum Rhemensem, Attelanum episcopum Laudunensem, Wlfaudum majorem-domus Austriæ et Amalricum ex optimatibus suis unum. Hæc quidem a Pagio commode dicuntur, sed difficilius probari possunt. Nihil enim offertur, quo utcumque fulciatur responsum. Potuit Childericus fratrem suum adire: hoc quidem possibile, sed nullatenus probabile est. Namque hoc Childerici, tertium annum in Austrasiæ regno atque vix decimum ætatis aut undecimum agentis, iter in Neustriam, a Pagio excogitatum, a verisimilitudine abest. Merito timere poterant Austrasii, si regem suum adeo juvenem regno excedere et in Neustriam proficisci sinerent, ne eundem perpetuo amitterent, atque iterum Austrasia cum Neustria Burgundiaque, quod maxime aversabantur, sub unius Clotarii principatu conjungeretur, atque adeo novi etiam motus bellorum excitarentur; quos ut sedaret, S. Bathildis regina non diu ante Austrasios a ditioribus Clotarii divellere. hisque regem Childericum, qui soli Austrasiæ dominaretur, concedere coacta fuerat (a).

B 57 Huc accedit argumentum ex ipsomet Pagio desumptum: citat (b) duo diplomata a Childerico, in sola adhuc Austrasia regnante, indubie emissa; chartam videlicet donationis villæ Barisiaci Sancto Amando factæ, quæ data notatur anno II regnante domno nostro Childerico rege, seu anno Christi 661 aut 662, alteramque ejusdem regis præceptum pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi, datum anno VIII regni domni Childerici regis; utriusque autem diplomatis initio præmittitur atque in subscriptione repetitur Childerici regis et Hymnichildis reginæ nomen: id vero fieri eam ob causam recte observat Pagius, quod Hymnichildis S. Sigiberti regis vidua, nepotis sui Childerici, dum Austrasiæ regno admoventur, octo vix annos nati tutelam gereret, donec ad sufficientem ætatis maturitatem pervenisset. Jam vero si annus tertius in transcripto Dervensi diplomate signatus referendus esset ad Childericum, in sola Austrasia regem, hoc diploma æque ac duo alia mox laudata, datum fuisset eo tempore, quo Hymnichildis pro nepote suo Austrasiam moderabatur, debuisset profecto in ejusdem diplomatis initio et fine Hymnichildis reginæ mentio fieri: quod cum factum non fuerit, probabile saltem indicium est, dictum diploma ad illa tempora pertinere, quibus Childericus majorem universam Franciæ monarchiam regebat.

C 58 Quod vero Pagius dicit nomine fidelium, qui in diplomate recurringunt, non venire Leodegarium, est nuda assertio nullatenus probabilis: generali voce utitur Childericus, tam pro episcopis, quam pro optimatibus: cui generalitati velle derogare, non est tam questionem chronologicam factis aptare, quam ad

præconceptam aliquam opinionem facta quæcumque detorquere. Ait dein Pagius diploma a Childerico datum rem non esse domini sed jus etiam privatis commune. Donatio quidem partis silvæ non excedebat jus privato cuiuslibet competens; sed præterquam quod Dervo donata fuerant varia a variis tam ultra quam citra Ligerim: concessit etiam Childericus pro quiete regni sui et pro reverentia ipsius sancti loci, ut nullus iudex publicus quolibet modo judiciaria accinctus potestate in curtes ipsius monasterii ubicumque ad præsens eorum maneat possessio, aliquid exerceat jurisdictionis. Hæc exemptio a iudicibus publicis, est certe res domini: cum itaque ultra Ligerim in Aquitania, quæ ad Burgundiam pertinebat, dominium exereretur, consequens fit, ut diploma illud concessum fuerit, postquam Childericus universæ monarchiæ Franciæ præesse cœperit. His addi potest quod concessio loci, quæ Lutosæ appellatur, quam Joannes Mabillonius diocesi Trecenti (c), Lexicon autem topographicum Franciæ, auctore d'Expilly, Lingonensi adscribit, facta fuerit ante fundationem Dervensem, ut supra num. 41 et seq. monstravimus; aique hic iterum recurringunt SS. Leodegarius et Mummolinus, hic Neustrasianus, ille Burgundio: imo cum dioceses et Trecentis et Lingonensis extra Austrasiam ad Burgundiam pertinerent, consequitur tempore donationis Lutosæ Childericum jam universam Franciam obtinuisse.

59 Coronidis loco sit, ipsa impossibilitas, ut S. Bercharius anno III Childerici, in Austrasia regnantis, id est anno Christi 662 aut 663 Dervum monasterium fundaverit: nam, fatente ipso Pagio (d), fundatio Altivillariensis huic anno recte illigatur, et ex Adsonæ num. 20 habemus, Sanctum nostrum non prius alias fundationes accepisse, quam rebus tam exterioribus quam interioribus prædicti Altivillariensis cœnobii secundum Dei cultum honorifice ordinatis; quæ omnia vix intra anni spatium absolvi potuerunt; accedunt dein Puellaris monasterii, cellarum apud Lutosam, apud Monasteriolum et S. Sulpicii fundationes, quæ cum principalis cœnobii Altivillariensis constructione intra unius anni angustias essent constringenda, ut Dervense diploma anni III Childerici in Austrasia ad annum æræ Christianæ 662 aut 663 referri posset. Neque Pagio suffragatur vetustus catalogus abbatum Dervensium (e), in quo dicitur S. Bercharius anno 644 accepisse donum et privilegium a Childerico rege Francorum et post viginti et unum annos obiisse: nam privilegium illud Dervensibus concessum fuisse nequiquam dicit Catalogus; imo ad Altivillare potius pertinere nobis suadet, præter rationes supra allatas, narratio Adsonis, quæ num. 17 nobis exhibet Childericum beneficium erga Altivillarienses. Quod vero Pagius (f) dicit, ex hac chronologia multa enasci incommoda, quasi annus emortualis Clotarii III, Clodovei II et Sigiberti regum antevertendus esset, abunde et solide a Nostris refutatum est in Commentario prævio Vitæ S. Leodegarii (g): unde hic nihil ea de re repetendum venit. Manet igitur, ut nihil exaggerate dicam, probabilissimum, diploma Childerici II datum fuisse Compendio palatii IV non. Julii anno III regni ejus, ac proinde initia monasterii Dervensis ad annum 672 pertinere.

refert ad annum 662;

quod potius ad ann. 672

(a) D. Bouquet. t. III, p. 690. — (b) Crit. Baron. ad an. 661, § vi. — (c) Act. SS. Ord. S. Ben., sæc. II, p. 840. In not. ad Vitam S. Bercharii. — (d) Crit. Baron. ad an. 662, § vi.

(e) Biblioth. Cluniac. not. Andr. Du Chesne ad epist. Petri Venerab., p. 114. — (f) Crit. Baron. ad an. 662, § xi. — (g) T. I. Octob., p. 381, § viii.

AUCTORE  
J. V. H.

§ IV. Bercharius variis Sanctorum Reliquiis monasterium Dervense ditat: institutæ propterea peregrinationes Hierosolymitana et Romanæ.

S. Bercharius  
Hierosolymis

**S.** Bercharius non solum plurimas temporales sessiones cœnobio Dervensi contulit, monialiumque Puellaris monasterii sustentationi haud dubie, sive ex propriis, sive ex aliorum fidelium donationibus, sufficienter providit; sed non minima quoque illi cura fuit, ut utrumque a se conditum monasterium sacris Beatorum pignoribus locupletaret. Ea de causa, uti narrat biographus num. 28 semel quidem Hierosolymam, multoties vero Romam Sanctus noster peregrinatus est, plurimasque inde Sanctorum Reliquias retulit; quin tamen laudatus biographus exponat, quorumnam Sanctorum ex fuerint. Inter hosce autem sanctos thesauros ad Dervense monasterium delatos, corpus S. Theodosiæ diserte recenset codex Ms. ejusdem monasterii, a Joanne Mabillon in suis ad Sancti Vitam Annotatis (a) laudatus, in quo legitur: Anno Verbi Incarnati MCVIII, epacta XVII, idus Septemb. eodem anno, quo obiit rex Philippus, filiusque ejus in regem unctus est, a D. Roigero abbate, anno ordinationis ejus XI, positum est in hoc scrinio corpus S. Theodosiæ Virginis, quæ pro Christi nomine multa tormenta, etiam capitis abscissione, in Cæsarea Palæstinae passa est; hanc tamen ex eadem urbe S. Bercharius abbas, cum multorum Sanctorum Reliquiis detulit, ac in hoc monasterio, quod dono regali exstruxerat, decenter collocavit.

dicitur retulisse corpus S. Theodosiæ.

61 Ejusdem S. Theodosiæ, uti et S. Bercharii tamquam in Dervo quiescentium mentio fit in diplomate apud Joannem Mabillon (b), quod datum fuit anno quarto regni præstantissimi regis Karoli Calvi, seu Christi 845, binisque aliis ejusdem regis diplomatibus posterioribus (c): adeoque indubie fallitur Saussayus, qui ad diem II Aprilis in S. Theodosiæ elogio, ejusdem exuvias partim ad diocesim Leodiensem, partim ad monasterium Dervense tempore Notgeri præsulis delatas fuisse scribit, cum ex dictis liqueat, ejusdem Sanctæ corpus, seu potius ejusdem partem, (nam partem alteram Constantinopolim quandoque advectam fuisse non improbabilius opinatus est Henschenius noster in observationibus præviis ad ejus Vitam (d)) jam ab anno saltem 845 et proinde integro sæculo, priusquam Notgerus, qui ab anno 972 ad 1007 sedit, ecclesiam Leodiensem moderari sit exorsus, in Dervensi monasterio quiescisse. Ast vero in diplomate Ludovici Pii a Mabillonio exhibitio (e), dicitur in eodem cœnobio S. Bercharii corpus requiescere, nulla facta corporis S. Theodosiæ mentione, fortassis quod id tunc temporis nondum illuc esset translatum, et in Martyrologio Dervensi, cujus verba post passionem S. Bercharii recitat Nicolaus Camuzat (f), non dicitur hoc corpus translatum fuisse a S. Berchario, sed a fratribus loci hujus. Quare, quemadmodum hujus sacris corporis translatio S. Berchario non undequaque abjudicanda est, propter asserta citati codicis Dervensis, ita quoque non est sufficiens ratio ut indubitanter eadem illi adscribatur: sola enim laudati codicis, utpote qui non ante annum MCVIII, et proinde plus quam quatuor sæculis post Sancti nostri obitum, exa-

(a) Act. SS. Ord. S. Bened. sæc. II, 841. — (b) Annal. Bened., t. II. Append. LXVIII, p. 696. — (c) Ibid. t. III. Append. III et IV, p. 619 et seq. — (d) T. I. Apr., p. 62, n. 12. — (e) Ann. Bened., t. II. Append. LXXV, p. 687. — (f)

ratus fuit, auctoritas infirma aliquantum est, nisi perpetua traditione, de qua non constat, adminiculetur.

D

62 Aliud præterea peregrinationis, quam Sanctus secundum biographum in Palæstinam suscepit, adjunctum refert scriptor Miraculorum num. 14; scilicet S. Bercharius adiens Hierosolymam fertur duxisse secum Waimerum tormentorum S. Leodegarii reum, Quod si veritati consonum sit, non potest sancto viro non summæ laudi verti, quod hujus peccatoris conversioni tantopere allaborarit. Verum cum scriptor tribus sæculis Berchario nostro posterior sit, cumque Waimeri peregrinationem non adeo ex probatis monumentis, quam e vulgari quadam rumusculo, ut verba citata satis indicant, didicerit; verendum sane est, ut tota hæc narratio ob solam ejus auctoritatem ab omnibus certa habeatur. Unum est quod fidem narrationis adstruere posset, nempe videri Sanctum nostrum rebus S. Leodegarii implicatum fuisse. Nam Walthildis, a qua Bercharius fundum Puellaris monasterii emit, conjux dicitur Waimeri, in charta Bertoendi Catalaunensis episcopi infra recitanda; dein in Vita S. Leodegarii ab anonymo cœvo conscripta (g), legitur per quemdam monachum nomine Bertharium (alii legunt Bercharium) ei (S. Leodegario) de suo fuisse interitu nuntiatum.

inquiritur  
num socium

B

63 Joannes Mabillon in suis ad Vitam S. Bercharii observationibus præviis (h), hanc quæstionem in suspensio relinquit atque judicio lectoris permittit. Quia tamen anonymus S. Leodegarii biographus monitionem tribuit Berchario monacho, non videtur abbatem nostrum, indicare voluisse; quoties enim de Ermenario, Meroaldo, Bertone aliisque monasteriorum rectoribus sermo est, abbatibus titulum nunquam prætermittit; id proin quoque præstitisset, si Bercharium nostrum celebrem profecto, et regi Childerico gratiosum, nominasset. Alium igitur Bertharium seu Bercharium hic indicatum censeo, maxime quod nomen illud satis illo sæculo commune fuerit, ut videre est in Indice Onomastico ad calcem voluminum D. Bouquet. Simili responsione elidi potest argumentum petitum ex Waimero, marito Walthildis: nihil certe impedit quominus plures id nominis gesserint: atque hinc fortassis enata fuit hallucinatio scriptoris Miraculorum S. Bercharii, quæ, ut prædiximus, eadem alium non habet, quam rumor quidem vulgaris.

itineris habuerit

C

64 Imo omnino esset rejicienda scriptoris opinatio, si constaret de legitima lectione Vitæ cœvæ S. Leodegarii, in qua diserte traditur Waimerus, sancti præsulis persecutor, imponens obtisæ. Sed non omni ex parte sincera videtur illa lectio, sive textum ipsum, sive ejus adjuncta consideremus. En verba (i): Waimerus etenim, qui ad supradictum famulum Dei (Leodegarium) capiendum et ad implenda Hebroini dicta socius perniciæ extiterat, posteaquam ab ipso Hebroino eo quod in ejus ultione consenserat, episcopatus (Trecensis) gradu dolo fuerat sublimatus, post paululum intervallo interposito in offensam incidens, Dei, ut opinamur, nutu multis flagellis obrutus est: nempe, ut fertur, laqueo suspensus ac morte turpissima, ut decebat justii proditorem, condemnatum transmisit ad tartarum. Mirum certe est scriptorem cœvum, ut Nostri monstrant (k), testi oculato saltem æquiparandum, certo non cognovisse, quo supplicii genere affectus fuerit Waimerus, et potius, injecta laquei mentione, rumorem, quemdam vagum sectatum fuisse. Genuitati textus officit, quod desit in

Waimerus  
persecutorem

Prompt. Ant. Tric. fol. 112. — (g) T. I. Octob., p. 466, n. 17. — (h) Sæc. II, p. 831. — (i) T. I. Octob., p. 475, n. 45. — (k) Ibid., p. 361, n. 24.

plerique



A plerisque codicibus manuscriptis, ut adnotat nostri ad hunc locum, quam ex Chesnio supplere debuerunt.

S. Leodegarii.

65 Suspectum etiam facit textum ejusdem repetitio in alia Vita coeva, ab Ursino conscripta, in qua recurrit ad verbum expressa (a); in aliis tamen narrationibus Ursinus, Anonymum sectatus, neutquam se servilem exhibet, et licet facta concordent, tamen verba et stylus differunt. Tandem Anonymus sibi contradicere videtur: nam quem narrat impoenitentem obiisse, eundem paulo ante, S. Leodegario suadente, virum frugi factum asseruerat (b): Post longam, ait, quam Dei martyr pertulit, famis mediam, reminiscens Waimirus humanam in eo naturam non aliter posse ita durare, nisi eum Christi gratia sustentaret, in domum suam eum jubet perduci: dura etenim viscera coeperunt emolliri. Cum enim in familiari colloquio ei fuisset assuetus, ita feritatem ejus in parvo temporis tractu edomuit, et tam ipsum quam conjugem ad Dei timorem convertit, ut argentum ecclesiae, quod nuper pro redemptione civitatis Augustiduni receperat, ei devotus offerret, et quidquid exinde facere decrevisset, concederet. Siquidem haec verba Waimerum conjugatum exhibeant, et sciamus eundem episcopum fuisse non solum ex loco supra citato, sed etiam e Vita coeva S. Praejecti, ad xxv Januarii (c), pro more illorum temporum conjugis illius habitum assumente. Quamvis haec ita se habeant, non tamen credo illa sufficientia esse, ut Waimerum, persecutorem S. Leodegarii, eundem ac Waimerum comitem S. Bercharii peregrinantis affirmem.

Inchoatur Gaugiaci puellare monasterium.

66 Pro coronide fore eorum, quae gessit S. Bercharius, Joan. Mabillon (d) exhibet chartam Reoli Remensis episcopi datam in villa Compendio sub die kal. Maji, anno xiii regni Theodorici (iii) regis, seu anno Christi 683 aut 686, prout numerantur anni Theodorici a morte Clotarii III, quae anno 670, aut a liberatione e caenobio Sandionysiano, quae post triennium contigit: priorem certiore dicimus, siquidem S. Bercharius anno lxxxv ejusdem saeculi, ut infra monstrabimus, obiit. Ex hoc diplomate liquet, Sanctum nostrum, praeter Dervense, Puellareque monasterium, aliud insuper virginum caenobium condere voluisse, atque hunc in finem ab eodem Reolo locum de rebus ecclesiae... Remensis, infra urbem Catalaunensium, in pago Pertensi, supra fluvium Matrona, in villa, quae dicitur Gaugiacus, sive et alio vocabulo, quae dicitur Episcopi-villa, obtinuisse. Verum, ut observant Mabillon (e) et Auctores Galliae Christianae (f), in chartaceo codice veterrimo, Dervenses habere dicuntur in Gogiaco mansum indominicatum unum cum terra arabili ad seminandum modios triginta, et cum vinea, ubi possunt colligi vini modii tres, nulla monasterii facta mentione; simile etiam est de eodem parthenone in aliis vetustis monumentis silentium: quamobrem laudati auctores censent, S. Bercharium hoc postremum suum propositum exsequi non potuisse, utpote, antequam manum operi admoveret, violenta nece verosimiliter e medio sublatum.

C

Monstratur imprimis

Nunc ad varias circumstantias mortis S. Bercharii deveniendum est. Et imprimis vidimus martyrologium Romanum, alioque Sanctum nostrum

(a) T. I, Octobr., p. 489, n. 18. — (b) Ibid., p. 471, n. 36. — (c) T. II, Januar., p. 632 n. 12. — (d) T. I Annal. Append. xxx, p. 644. — (e) Ann., lib. xvii, § xliii, t. I, p.

Martyrem appellare, quem tamen titulum omittunt Parisiense et Autisiodorensis, quin ullam hujusmodi omissionis rationem indigent. Martyrium ex communi sententia theologorum definit Prosper Lambertini (g): Voluntariam mortis perpersionem sive tolerantiam propter fidem Christi vel alium virtutis actum in Deum relatum. Martyrio ergo duae personae debent intervenire, hoc est persecutor et Martyr. Haec autem martyrii notas in nece S. Bercharii concurrerit, facile est demonstrare. Imprimis mortem a persecutore inflictam, a sancto viro acceptatam fuisse simulque causam habuisse virtutis actum in Deum relatum, e tota narratione elucet. Inter ordinandum igitur, inquit Adso, plurima, forte accidit, ut filiolum suum, quem de sacro fonte susceptum monachum esse statuerat, Daguinum nomine, exigentibus culpis suis verberare increpationis, ut moris est, ferendum decerneret. Nam hic, ut postea claruit, pessimus et flagitiosus, fronte polita, sub ovina pelle rapacis contegebat gestamina belluae. Itaque ex merito suae iniquitatis, diabolo cum Juda proditore traditus, indigne ferens doctrinalia patris objurgamina, intumescens mascula sub pectore bili, contendit insanus sanctum virum injustae tradere neci. Denique cum beatus pater diurno anxietatis labore non modice fessus, una cum fratribus lectulo reclinatus membra sopori dedisset, quia odium incurrit, qui arguit criminosos, idem filius satanae armis impietatis armatus, postquam eum fessum soporatum credidit, irruens in eum mortali vulnere attentavit. Mortem itaque S. Bercharius subiit, quia abbas monachum suum pro ratione officii increpuit, et quia devium ad tragem religionis et sanctitatis reducere tentavit: quod profecto aliud non est, quam exercere virtutis actum in Deum relatum.

68 Mirum proinde est Martyrologia Parisiense et Autisiodorensis, omittendo titulum Martyris, eundem quasi negasse: cum Martyr quis esse potest tam propter fidem agendorum, quam propter fidem credendorum, ut probat Doctor Angelicus (h): Martyres, inquit, dicuntur quasi testes, quia scilicet corporalibus suis passionibus usque ad mortem testimonium perhibent veritati, non cuicumque, sed veritati quae secundum pietatem est, quae per Christum nobis innotuit. Unde et Martyres dicuntur quasi testes ipsius. Hujusmodi autem est veritas fidei, et ideo cujuslibet martyrii causa est fidei veritas. Sed ad fidei veritatem non solum pertinet ipsa credulitas cordis, sed etiam exterior protestatio, quae quidem fit non solum per verba quibus aliquis confitetur fidem, sed etiam per facta, quibus aliquis fidem se habere ostendit, secundum illud Jac. ii: Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Unde et de quibusdam dicitur ad Titum i: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et ideo omnium virtutum opera, secundum quod referuntur in Deum, sunt quaedam protestationes fidei, per quam nobis innotescit, quod Deus hujusmodi opera a nobis requirit, et nos pro eis remunerat, et secundum hoc possunt esse martyrii causa. Unde et Beati Joannis Baptistae martyrium in Ecclesia celebratur, qui non pro neganda fide, sed pro reprehensione adulterii mortem sustinuit. Apposite ad rem nostram subnectit S. Doctor exemplum B. Joannis Baptistae, quem utrumque Breviarium, Parisiense et Autisiodorensis, Martyrem appellat: illud in oratione pro festo decollationis die xxix Augusti petit

AUCTORE J. V. H.

E

S. Bercharius vere Martyr dici posse:

F

a Deo

AUCTORE  
J. V. H.

a Deo, ut sicut ille veritatis et justitiæ Martyr occubuit, ita nos pro veritate et justitia ad mortem usque certemus; Autisiodorensis vero: Deus cujus veritati testimonium fuso sanguine perhibuit præcursor filii tui; da nobis, etc. Dicitur quidem pro veritate sanguinem suum fuisse S. Joannem Baptistam, quod tamen ita intelligendum est, ut mortem pro recte facto, quod radicem in veritate atque doctrina habet, pertulerit. Atqui hoc idem dici potest de Sancto nostro Berchario: unde nulla idonea apparet ratio, cur Martyris titulus illi denegetur; adsunt e contrario momenta gravissima, quæ hanc illi gloriam propriam reddunt.

exhibita duplici

69 S. Bercharii necem late describit biographus Adso; sed ab ejus narratione differt fragmentum, quod tamquam appendicem Vitæ Adsonianæ subnectit Joannes Mabillon (a). Quoniam itaque inter utrumque non parvum intercedit discrimen, operæ pretium fuerit utrumque in medium proferre. Hæc autem narrat Adso: Tantis igitur laborum certaminibus in hujusmodi stadio pro vitæ celestis bravio transcuris, cum jam Dominus operarium suum digna donare mercede disponderet, resolutionis corporeæ imminens tempus ante dedit agnoscere. Nam jam paschali instante solemnitate, feria quinta, qua Cœna Domini habebatur, gregis sibi commissi pater sollicitus, monasterium puellarum devote adiit, pro more fidelium præcepta Domini expleturus. Inter igitur multa exhortationum verba et consolationum affamina, hoc quoque eis prædixit, quod de resolutione proprii corporis divinitus sibi notificatum manebat. ... Cum psalmis autem et hymnis peractis omnibus, ad cœnobium redeundi iter aggreditur. ... Narrat deinde quomodo rediit eadem nocte a Daguino lethale vulnus acceperit, qui ipse, scelere suo territus, signum pulsare cepit. Fratres vero, ut audierunt signum inconsueta hora, cum magna admiratione surgentes, et sanctum virum interfectum audientes, ad lectum illius cucurrerunt; sed adhuc anxietate nutantem in eo spiritum repererunt. Refert porro quomodo Daguinus ad S. Bercharium perductus, veniam obtinuerit, et Romam iverit ad absolutionem criminis impetrandam: deinde narrationem prosequitur: Beatus vero Bercharius diutissime angore vulneris morbidus, tandem carne solutus, cœlestis vitæ gaudia exsultanti spiritu felix petivit. Ad tanti quoque viri obitum, viris undecumque religiosis confluentibus, sepultus est quodam loco extra cœnobium, etc.

B

70 Hæc Adso: Manuscriptum vero Dervense, cujus fragmentum affert Joannes Mabillon ad calcem Vitæ S. Bercharii, rem aliter exponit sequentibus verbis: Beatus Bercharius durissimi languore vulneris morbidus, licet trahens suspiria vix proloqueretur, fesso anhelitu tamen Dominicæ Passionis et Resurrectionis solemnia, suæ etiam depositionis obsequium ac locum sepulturæ humiliter ordinans, discipulis multa ventura prædixit: indicendo eis sollicitudinem divini timoris ac observantiæ sanctæ religionis. Tandem triumphanti Domino, cum palma victoriæ occursurus, mane Dominica ipsius sacrosanctæ ab inferis Resurrectionis carne solutus, cœlestis vitæ gaudia exsultanti spiritu felix petivit. Ad tanti viri quoque obitum viris undecumque religiosis confluentibus, sepultus est, ut jusserat, quodam loco extra ecclesiam, multis inibi, Deo donante, miraculorum pollens effectibus.

narratione illatæ necis;

71 Consideranti vel leviter utrumque textum manifestum fit, alterum alteri subservisse, cum multa utrinque eodem verborum tenore exponantur. Uter

monstratur Sanctus post biduum

(a) Act. SS. Ord. S. Ben., sæc. II, p. 843.—(b) F°. 86 verso. —

vero sit præferendus, non videtur dubium. Dervensis enim longe magis verisimilis est, et expositis in utroque manuscripto circumstantiis magis congruus. Uterque in eo convenit, nocte feriæ quintæ, in Cœna Domini, percussum fuisse S. Bercharium mortali vulnere, a Daguino monacho, ita ut reliqui monachi putarent, illum jam interfectum fuisse; sed adhuc anxietate nutantem in eo spiritum repererunt. Hæc verba clare ostendunt tale vulnus sancto viro inflictum fuisse, ex quo mors proxime secuta fuerit. Unde probari non potest prior lectio dicens Bercharium diutissime languore vulneris morbidum fuisse. Facile malæ lectioni mederi posse cogitabit fortassis quispiam, immutato vocabulo diutissime in durissimi, atque hujusmodi errores scriptorum oscitantia textui obrepere in comperto esse; verum quominus hunc errorem mere librario incurioso adscribamus, impedit, quod in corrupto textu sequitur: tandem carne solutum fuisse; quod sane insinuat sat longum intervallum inter vulnus acceptum et mortem fluxisse. Videtur igitur textus omnino corruptus in omnibus exemplaribus Adsonianis, quæ vidimus; et præferendus esse ille, qui e Dervensi codice eruitur.

D

72 Atque id tanto magis, quod, ut testatur Nic. Camuzat in Promptuario Tricassino (b), in alio Adsonis exemplari, post excusam vitam ad manus allato, referatur S. Bercharius eo die quo Christi resurgentis solemnitas celebratur et vita excessisse anno DCLXXXV. Joannes Mabillon ex eodem manuscripto codice, ex quo fragmentum supra citatum extraxit, affert aliud, quod ita sonat: Extremum vitæ diem obiit hic B. P. Bercharius anno ab Incarnat. Domini DCXXXV. Indict. XIII. epacta XI, VI kal. Aprilis, mane Dominicæ Resurrectionis. Qui characteres chronologici, inquit, non conveniunt, nisi legas VII kalendas Aprilis, in quem Pascha anno DCLXXXV inciderebat. Quibus omnibus apprime confirmatur fragmentum Dervense supra citatum, videlicet Sanctum nostrum vix biduo suo vulnere superstitem fuisse, proindeque perperam legi apud Adsonem, prout illum exhibent pleraque exemplaria, Bercharium diutissime angore vulneris morbidum, tandem carne solutum, cœlestis vitæ gaudia petivisse. Manet itaque inconcussum Sanctum in festivitate Dominicæ Resurrectionis vitam mortalem cum immortali commutasse.

E  
obiisse, die  
XXVI Martii,

73 Stabilita die emortuali S. Bercharii, accedendum est ad questionem aliquantulum operosiorum, scilicet quo anno diem supremum obiit. Ex supra allatis monumentis constat, multos martirium S. Bercharii ad annum Christi 685 retulisse, quibus accensendus venit auctor vetusti catalogi Dervensium abbatum, ab Andrea Du Chesne nobis servati (c), in quo legitur: S. Bercharius abbas Dervensis monasterii, anno Domini sexcentesimo sexagesimo quarto, accepit donum et privilegium a Childerico rege Francorum. Post viginti et unum annos, S. Berchario de hoc sæculo translato, Synaulius abbas successit, anno Verbi Incarnati DCL et XXX et V tempore Theodorici, fratris Childerici. Nullus dubito quin omnes in hanc concederent opinionem, nisi obstaret diploma Bertoendi, episcopi Catalaunensis, Dervensibus concessum, ad cujus calcem legitur: Actum Remis publice, data quem fecit mensis Februarius die XV, anno secundo gloriosi Domini nostri Clodovei regis. Clodoveus III, Neustriæ rex, de quo hic agitur, regnare cepit anno DCXCI, vere ineunte: proinde dies XV Februarii anni secundi in annum XCII aut sequentem ejusdem sæculi, prout Clodoveus regnum adierit, ante vel post XV Februarii incidit.

F  
anno 685,  
non obstante

(c) Notæ ad Epist. Petri Venerab., p. 144 in Biblioth. Cluniac.

A  
diplomate

74 Cum igitur in citato diplomate dicatur de S. Berchario : Ubi (in monasterio BB. Petri et Pauli Dervensi) et ipse abbas præesse videtur ; cum præterea ipse privilegium petivisse narretur ; sequitur obitum S. Bercharii citius anno 692 aut sequenti statui non posse. Immo, cum ex aliis monumentis constaret illum e vita excessisse VII kalendas Aprilis (xxvi Martii) in die Paschatis, differendum fuit ejus martyrium in annum 696, notatum litteris dominicalibus B A, paschali Dominica xxvi Martii occurrente. Non esset quod repugnarem huic sententiæ, quam calculo suo probarunt Adrianus Baillet et Albanus Butler ad xvi Octobris, nisi mihi summe suspecta esset diplomatis authenticitas. Admissa enim veritate privilegii Catalaunensis, habemus testimonium solemne, coarctum, quo invictè demonstratur Sanctus noster, saltem ad annum xcii sæculi septimi superstes fuisse : parvi proinde faciendi essent reliqua monumenta, quatenus recentiora, quæ annum lxxxv ejusdem sæculi indigent. Ast, ut dixi, suspectum incertumque est diploma, infirmum igitur ad aliquid stabiendum : quod ut clarius eluceat, illud lectori exhibemus, cum variis lectionibus, quæ in exemplari, ab academico de Brequigny edito occurrunt, in margine adnotatis.

B  
Bertholdi  
episcopi Catalaunensis  
\* addit B.  
apice, omittit B. apostolicæ  
\* specula  
\* Ingoberto  
\* addit B.  
episcopali  
Cathedra  
presidentibus Bertholdus

75 (a) Dominis Sanctis et summi culminis Apostolicæ, Pontificalis cathedræ speculis præsidentibus, in Christo fratribus seu coepiscopis Rigoberto metropolitano (b), Basino, Stephano, Adalberto, Aloni, Madalgario, licet indignus in ordine, tamen Catalaunensium episcopus, supplex in Domino mitto salutem. Quamquam prisca regulæ decreta nos doceant, et quæ oportet perenniter custodire et patrum consuetudine indimnitate servare, attamen et nos super hæc regulariter decernentes, vota supplicium et maxime orthodoxa fide fulgentium, ut illi provisione tractantes eorum petitionibus libentissimo animo volumus affectum mancipare. Quoniam igitur gloriosus dominus Clodoveus rex, et vir illustris Pipinus major-domus, pro religiosa sollicitudine perspicue nobis postulasce noscuntur, ut privilegium monasterio Puteolos in vasta Dervi, in honore Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sancti Joannis Baptistæ, et Sancti Joannis Evangelistæ seu et omnium Sanctorum, a viro religiosissimo Sancto Berchario, ubi et ipse abbas præesse videtur, ex munificentia quondam Childerici regis constructo : seu et alio monasterio puellarum super fluvium Vigore, etiam et Dria in Dervo in fine Flaciniacense, quod Waimerus et conjux sua Waltidis, et Dominus Bercharius abbas pariter construxerunt. In quo loco sacrata Waltidis mater esse videtur multarum virginum præsentis tempore, et se cum eis multimodæ aggregationis agminibus, piæ devotionis paribus studiis sociaverunt in Dei laudibus, uno regulæ Spiritu superna inspiratione commota, ad laudes omnipotentis Deo concinendas pium exhibet famulatum ; conferre deberemus. Quod salubriter annuentes, hoc privilegium quod plena devotione petierunt, perenni auctoritate servandum, libenti animo præstitisse comperite. Nec enim nova postulantium vel indulgentium est auctoritas privilegium largiendi, dum profecto cunctis retro Apostolicæ Sedis præules, unde sacra propagatur auctoritas non solum in vicinis provinciis constitutis, sed etiam in cæteris longe regionibus procul sitis postulata semper indulgentia sanxerunt. Unde obsecro Domnos successores Ecclesiæ prænotatos, satis super-

\* pie

C  
\* breca  
\* finem  
\* Waimerus  
\* Waltidis  
\* addit B.  
Deo

que per omnipotentiam Trinitatis immensæ, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti obtestare, imo conjurare præsumo, ut commendatum prænotatum monasterium piis mentibus jubeant diligere, jubeant fovere, jubeant continere, jubeant conservare. Et ne succidia fraternitas sacerdotum hoc nos in regionibus propriæ deliberationis instinctu, aut nova inventione æstimet decreta fuisse ; cum sub hujus constitutionis norma Sanctorum Agaunensium locus, imoque et monasterium Lirinense, seu monasterium Luxoviense, multaque alia monasteria, necnon et basilica Domni Marcelli, et innumera in Orientis partibus monasteria, propriis ex decreto pontificum servantur privilegiis. Ergo uno conspirationis consensu, Dei nutu, antedictorum Patrum religionem pensantes, ita ab omnibus decretum est, ut nullam dominationem nos successoresque nostri in superscripta monasteria virorum seu puellarum virginum, ubi sunt congregati, quod pro salute animarum suarum prædictus vir Bercharius et Waimerus seu et conjux sua Waltidis una pariter construxisse noscuntur, habeamus : quatinus eis liberius liceat, Deo juvante, sine impedimento rei alicujus, contemplativam vivere vitam. Et cum pater monasterii fuerit de sæculo evocatus, quem unanimiter omnis congregatio ipsorum servorum Dei undecumque sibi optime regulam compertam elegerint, seniore sibi abbatemque constituant : seu et cum mater virginum de sæculo fuerit evocata, quam unanimiter omnis congregatio ipsarum ancillarum Christi undecumque sibi optime regulam compertam elegerint, sibi seniore matrem una cum consilio monachorum Dervensium fratrum abbatissam instituant ; et si eis opportunum fuerit abbatem benedicendi, aut chrisma consecrandi, vel sacros ordines percipiendi, hoc tantummodo nobis propter canonicam institutionem et præjudicium Ecclesiæ nostræ absque ullo motu reservamus.

\* concinnandas

\* cuncti

(a) Exstat in Spicilegio Luc. d'Achery, t. III. p. 317 et apud Brequigny Diplomata, etc., t. I. p. 326. — (b) Sedes

quæ per omnipotentiam Trinitatis immensæ, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti obtestare, imo conjurare præsumo, ut commendatum prænotatum monasterium piis mentibus jubeant diligere, jubeant fovere, jubeant continere, jubeant conservare. Et ne succidia fraternitas sacerdotum hoc nos in regionibus propriæ deliberationis instinctu, aut nova inventione æstimet decreta fuisse ; cum sub hujus constitutionis norma Sanctorum Agaunensium locus, imoque et monasterium Lirinense, seu monasterium Luxoviense, multaque alia monasteria, necnon et basilica Domni Marcelli, et innumera in Orientis partibus monasteria, propriis ex decreto pontificum servantur privilegiis. Ergo uno conspirationis consensu, Dei nutu, antedictorum Patrum religionem pensantes, ita ab omnibus decretum est, ut nullam dominationem nos successoresque nostri in superscripta monasteria virorum seu puellarum virginum, ubi sunt congregati, quod pro salute animarum suarum prædictus vir Bercharius et Waimerus seu et conjux sua Waltidis una pariter construxisse noscuntur, habeamus : quatinus eis liberius liceat, Deo juvante, sine impedimento rei alicujus, contemplativam vivere vitam. Et cum pater monasterii fuerit de sæculo evocatus, quem unanimiter omnis congregatio ipsorum servorum Dei undecumque sibi optime regulam compertam elegerint, seniore sibi abbatemque constituant : seu et cum mater virginum de sæculo fuerit evocata, quam unanimiter omnis congregatio ipsarum ancillarum Christi undecumque sibi optime regulam compertam elegerint, sibi seniore matrem una cum consilio monachorum Dervensium fratrum abbatissam instituant ; et si eis opportunum fuerit abbatem benedicendi, aut chrisma consecrandi, vel sacros ordines percipiendi, hoc tantummodo nobis propter canonicam institutionem et præjudicium Ecclesiæ nostræ absque ullo motu reservamus.

76 Cæterum vero, ut superius continetur, nullam potestatem aut dominationem neque nos vel archidiaconus, successoresque nostri, vel quælibet persona habere non debeat, aut quacumque de eodem monasterio vel cellulis ejus, parochiis aut cæteris monasteriis causam audeat præsumere vel auferre. Et si aliquid ipsa congregatio de earum religione tepide egerint secundum regulam S. Benedicti, vel domni Columbani ab eorum abbate vel abbatissa, qui pro tempore spiritalis pater vel mater exstiterint, corrigantur. Nam nullum pontificium a nobis neque a successoribus nostris in eodem monasterio pro causa cupiditatis, aut (quod absit) avaritiæ habeatur ; sed proprio in Dei nomine fruuntur privilegio. De rebus namque præfatis, constructoribus ejusdem sancti monasterii pro sustentatione prædictorum sanctorum monachorum, puellarum virginum, victum quoque ac vestitum collatum, seu a cæteris Deum timentibus personis in antea collaturis, vel a regia potestate fuerit concessum, nihil ex hoc neque pontificum, nec quorumlibet personarum distrahendi minuendive causa potestas omnimodo non habeatur, nisi in matribus vel patribus ejusdem monasterii, suisque præpositis, gubernandi, regendi, dispensandique arbitrio seu dispensatione consistat. Ideo quoque præstitimus privilegium, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei et maxime contemplativam vitam ducentibus, pro quiete tranquillita-

AUCTOR  
J. V. H.\* conjectare  
\* commendem\* addit B  
his

E

quod exhibetur, diplomate:

\* addit B.  
sed et

F

\* earum

\* addit B.  
neque

\* seu

\* propositis

\* addit B.  
Deo

horum præsulum require Act. SS. xxix Septemb., p. 164, n. 28.

tis

AUCTORE  
J. V. H.

\* reatum

\* mense

quod inter-  
polatum,  
quoad con-  
tenta

B

C

et Bercharii  
nomen vide-  
tur:

tis tribuitur. Quod si quis calliditate aut cupiditate praeventus, ausus fuerit ea quae sunt superius comprehensa temerario spiritu violari, a divina ultione prostratus, reatui \* anathematis subiaceat, veniatque super eum lepra Naaman Syri, excommunicatusque a sancta efficiatur Ecclesia Catholica. Et nihilominus hoc privilegium perpetuis temporibus maneat incorruptum. Quae constitutio nostra ut firmis subsistat temporibus, manus nostrae subscriptionibus est roborata. Et ut plenius confirmetur, caeteris fratribus et coepiscopis qui ad praesens non fuerunt, destinavimus insuper roborandam. Actum Remis publice data quem fecit mensis \* Februarii die xv, anno secundo gloriosi Domini Clodovei regis.

77 Non pauca sunt, ut praedixi, quae incertum suspectumque faciunt Bertoendi diploma. Imprimis Bercharius noster, licet vivens, appellatur Sanctus, qui titulus plerumque obitum importat: non dicam plane semper hunc titulum solis vita functis aptari, ut numquam vivis impositus fuerit; ast non credo facile concedendum in diplomate solemniter, a variis episcopis subscribendo, talem titulum viventi cuidam tribui. Fuerit igitur librarii vitio perperam additus: hoc certe consequetur non undecumque genuinum ad nos devenisse diploma: quod si aliqua ex parte vitiatum fuerit, quis fidem suam pro veritate reliquorum narratorum obligare poterit? Deinde Bertoendi chartam sibi non constare, aut magnam inter varia exemplaria existere discrepantiam, monstrat index titulorum chartarii Dervensis (a), qualis a Nicolao Camuzat exhibetur: Privilegium datum a Bertoendo, episcopo Cathalaunensi, ad rogatum clarae memoriae Clodovei regis et Pippini majoris-domus regiae, in quo idem episcopus dat nobis electionem abbatis et abbatissae, tam in nostro, quam in Puellari monasterio, qui etiam prius dedit nobis in villa nostra et aliis circum vicinis omnimodam jurisdictionem, nihil sibi retinens, praeterquam benedictionem abbatis et abbatissae (de benedictione abbatissae nihil dicitur in citato diplomate), confectionem crismatis, collationem ordinum et poenitentiales. Poenitentialis, de quo nobis hic est sermo, interpretatur Supplemento Glossarii Cangiani jus instituendi poenitentiarios vel imponendi poenitentiam; apponitque in exemplum, chartam Guidonis, episcopi Cathalaunensis, anni 1183, ex tabulario Dervensi: Praeterea nobis retinimus chrisma, Poenitentiales, et sanctam synodum, ad quam abbas, si citatus fuerit, pro omnibus clericis suis debet venire. Porro nullo verbo hujusmodi Poenitentiales in charta Bertoendi attinguntur: hinc certe liquet discrepantiam inter varia exemplaria existere; quae omnem authenticitatem tollit.

78 Immo, si fides habenda est catalogo vetusto supra num. 73 citato (b), diploma Catalaunense non S. Berchario, sed successori ejus Synaulio datum legitur, his verbis: Anno Verbi Incarn. DCXCIII... data est abbati Synaulio emunitas et privilegium a Berthoendo, Cathalaunensi episcopo, rogatu Childeberti regis fratris Theodorici. Hic hallucinator scriptor; illo anno non Childebertus, sed Clodoveus regnavit, uterque tamen non frater, sed filius Theodorici III. Admisso autem quod Synaulius receperit diploma, confirmatur, quam statuo, sententia de obitu S. Bercharii anno 685. Atque haec quidem scripturam incertam faciunt, monstrantque infirmo nimis fundamento niti, qui propter illam Sancto nostro vitam usque ad annum 696 prorogant, parvi facientes testimonia, quae licet coeva

non sint, radicem tamen habere videntur in traditione domestica, quae in Dervensi cenobio semper viguit.

79 Haec quidem sufficerent ad refellendam nobis oppositam sententiam; sed unum superest vitium, quod diploma magna ex parte interpolatum ostendit. Concedit scilicet Bertoendus monialibus monasterii, quod Walthildis construxerat, quodque Puellare monasterium dicebatur, ut cum mater Virginum de saeculo fuerit evocata, quam unanimiter omnis congregatio ipsarum ancillarum Christi undecumque sibi.... elegerint, sibi seniore matrem, una cum consilio monachorum Dervensium fratrum, abbatissam instituunt. Unum tamen praeter abbatissam benedictionem et clericorum ordinationem, quae ad monasteriorum virorum magis spectant, sibi reservat episcopus propter canonicam institutionem et praedictum ecclesiae suae, scilicet chrisomatis confectionem. Quis dum haec legit, non sibi persuadebit utrumque cenobium, tam virorum, quam puellarum intra unius ejusdem diocesis fines contineri? Attamen aliter se res habet. Puellare Dervense monasterium ad Trecentem episcopatum pertinet (c), ut inter omnes convenit, et manifeste probat charta Frotmundi, qui ab anno 998 ad 1034 Trecentem cathedram occupavit (d). Chartae verba recito (e):

80 In nomine Sanctae et individuae Trinitatis P. et F. et S. S. Ego humilis Frotmundus, Augustae Trecentum pontifex, ut ipse disposuit magnus et omnipotens rex, praesentibus et futuris notum esse cupimus, quod venerabilis abba Bruno ex SS. Apostolorum Petri et Pauli, Sanctique Bercharii Martyris monasterio ad nos venit supplicans mansuetudini nostrae, ut cuidam altari, quod est in villa, quae dicitur Puellare monasterium, largiremur libertatem. Est autem illud altare in honore S. et perpetuae Virginis Dei Genitricis Mariae, ubi quondam plurimarum existerat congregatio virginum, in quorum loco monachos sub jugo abbatissae praedicti loci ordinandos esse constituit, et idcirco maxime libertatem poscit, ut ibidem servientes Deo, nulla turbare possit inquietudo. Hujus ergo petitionem, quia Deo placitum esse credidimus, suscipere dignum duximus, et quod petiit, cum fidelium nostrorum clericorum et laicorum consensu, libenter concessimus, ipsamque ecclesiam cum altari ab omni consuetudine vel redhibitione, liberam esse reddidimus, salva tamen ordinatione pontificali, eo tenore, ut unoquoque anno, in SS. Omnium festivitate, persolvant duos solidos mihi successoribusque meis. Actum Trecentum civitate publice, pridie kal. Maii, regnante Henrico Francorum rege.

81 Hiscè positis, non videtur, quomodo Bertoendus Catalaunensis episcopus potuerit libertatem concedere monasterio, quod nec ad suam diocesim, nec ad ipsam provinciam Remensem pertineret. Frustra obtenderetur de consilio fratrum coepiscoporum, ut in diplomate dicitur, id factum fuisse: manet difficultas: deest enim ejus consensus, qui ante omnes alios requirendus fuerat, episcopi nempe Tricassini. Illa tempestate huic ecclesiae praerat Aldobertus, cujus nomen in capite diplomatis Catalaunensis non occurrit; et merito quidem, cum in Concilio Remensis provinciae datum censeatur; Tricasses vero ad Senonensem spectarent. Dicit quidem Cointius (f) qui compendium privilegii viderat, non ipsas litteras: Quaestioni locus esse potest, quomodo Bertoendus benedictionem sibi reservavit tam abba-

(a) Antiquit. Tric., fol. 82. — (b) Bibl. Cluniaec. Not. ad lib. 1, ep. Petri Ven., p. 114. — (c) Gall. Christ. t. XII,

col. 533. — (d) Ibid., col. 404. — (e) Camuzat. Antiq. Tric. fol. 81. — (f) Ann. Fr. ad an. DCXCIV, § III, t. IV.

A tis in suo episcopatu, quam abbatissæ in aliena diœcesi: jam diximus in privilegio non agi de benedictione abbatissæ, sed varia sibi reservare Bertoendum; hinc quæstioni est locus, quam ita solvit Cointius: Accessit procul dubio consensus episcopi Trecensis. Exemplum simile jam occurrit in monasteriis Malmundariensi et Stabulensi, quæ, Cuniberto episcopo annuente, dicata sunt ab uno eodemque Remaço Trajectensi pontifice, quamvis Malmundarium pertineret ad diœcesim Coloniensem, Stabelaus ad Trajectensem. Qua de re se sic Notgerus in Vita S. Remaci (a): « Rex, quia ecclesiæ recens ædificatæ episcopali benedictione indigebant, Beatum Remaculum accersiens, tam eam, quæ erat Coloniensis parœcie, annuente venerabili Cuniberto episcopo, quam illam, quæ nostræ diœcesis est, ab eo voluit solemniter consecrari. »

82 Non possum equidem meo calculo probare, quæ ad explicandum Catalaunense privilegium, affert Cointius. Ut enim emittam, in re gravissima et extraordinaria necessarium videri, ut exceptio ipsa in diplomate exprimeretur, nimirum eidem accessisse consensum episcopi Trecensis, exemplum a Cointio allatum nullatenus quadrat cum casu per privilegium expresso. Pro monasterio Malmundariensi exprimitur, etiam in simplici narratione, consensus episcopi diœcesani; dum e contrario, ne verbo quidem Trecensis episcopi mentio fit in litteris authenticis, quæ, ut satis notum est, omnes juris apices sectari consueverunt. Et quod caput quæstionis est, in facto S. Remaci agitur de consecratione alicujus ecclesiæ, nempe de unico actu semel ponendo, ad quem si consensus proprii episcopi accesserit, nihil omnino ejus jurisdictioni deperit. Ast longe alius est casus in diplomate Bertoendi: subjicitur scilicet perpetuo Catalaunensi Ecclesiæ monasterium alienum; scimus autem rarissimum esse id alienationis genus, nec licitum fuisse secundum disciplinam sæculo VII vigentem, nisi cum totius cleri tractatu atque consensu (b): imo nihil alienatum a Trecensibus fuisse constat ex diplomate Frotmundi num. 80 citato.

83 Unum fortassis ad veritatem diplomatis utcumque vindicandam dici posset, Bertoendum scilicet agere non tam de Puellari Monasterio in Triassina diœcesi sito, quam de alio, quod S. Bercharius obtinuit a Reolo Remensi episcopo. Donaverat Reolus, ut ipse dicit in charta donationis (c) locum de rebus ecclesiæ Remensis infra urbem Kathalaunensium, in pago Pertensi, supra fluvium Matronam, in villa quæ dicitur Gaugiaco, sive et alio vocabulo, quæ dicitur Episcopi-villa, quam sanctimonialis femina, nomine Ama, quæ sub titulo religionis vitam finivit, per suas cartas ad Ecclesiam Remensem condonavit. Statuit deinde: Si forsitan, quod adsolet, de ipso loco in alio loco ipsæ famulæ Dei migrare voluerint ad monasterium ædificandum..., teneant ipsam villam Gaugiaco... ad monasterium Altumvillare, quod antecessor noster dominus et pater noster Nivardus, quondam episcopus, suo opere construxit, debeat revertere cum ipsa epistola, quam spontanea voluntate fieri rogavimus... Actum in villa Compendio, sub die kal. Maji, anno XIII regni Domini nostri Theodorici regis. Mabillon annum XIII Theodorici III regis connectit cum anno Christi 686 aut etiam sequenti (d). Quoniam vero S. Bercharium obiisse dicit loco citato XXVI Martii, patet ejus chronotaxim non sibi recte constare; vidi-

mus autem supra ad numerum 65 commodo computari initium Theodorici ab anno LXX ejusdem sæculi, unde devenimus ad annum LXXXII aut sequentem quo Bercharius noster certo vivebat.

84 His obiter prænotatis, redeamus ad quæstionem nostram. Bertoendus certe non loquitur de Gaugiaco monasterio, quod numquam fundatum fuisse videtur, ut dixi supra num. 65. Verum etiamsi existitisse dicamus, tamen manifestum est de Gaugiaco parthenone sermonem Bertoendo non fuisse. Agit enim de Puellari Monasterio, per Walthildem constructo, de quo loquitur quoque Adso num. 20, quod ipsum pertinet ad Trecensem diœcesim: nequam vero de monasterio, quod Ama sanctimonialis dederat, prout dicitur in charta donationis Reoli episcopi. Aliud quoque obstat, quominus Bertoendum de Gaugiaco loquentem introducamus: secundum Reoli litteras, deficiente parthenone, fundus debebat ad Altvillarienses redire: atqui id testatur nobis Joannes Mabillon his verbis loco citato: Nunc Episcopi-villa pertinet ad Altvillarense monasterium, prout Reolus statuerat, deficientibus nimirum eo loci sanctimonialibus. Monasterium Trecensis diœcesis e contrario suberat abbatibus Dervensibus, ut ipsæ Bertoendi litteræ abunde testantur.

85 Ex his omnibus liquet Bertoendum reipsa agere de Puellari Monasterio, quod extra fines Catalaunensis episcopatus constitutum, ad ipsum nulla ratione pertinere poterat. Unde merito concluditur interpolatum esse diploma, cui proinde chronotaxis inhiit non potest. Restant igitur documenta, quæ supra num. 73 attulimus, quæque testantur anno Christi 685 sanctum Bercharium obiisse. His profecto adhærendum est, donec certioribus argumentis alius annus nobis demonstraretur. Unum superest, quod scrupulum aliquem movere posset: scilicet anno S. Bercharii emortuali, dies Martii XXVI non incidebat in festum Dominicæ Resurrectionis apud Latinos, sed in Dominicam Palmarum, ut ad hunc annum adnotant auctores libri l'Art de vérifier les dates. Frequens quippe erat in Ecclesia Latina usus cycli Victoris Aquitani sub S. Leone Magno, aut ejus successore Hilario inventi, qui dissidia quidem inter Occidentales et Orientales de mense paschali orta exstinxerat: eas tamen discordias, quæ diem ipsum Paschalis afficiebat, intactas reliquerat (e). Nam lunam decimam quintam a paschalibus solemnibus excludens, efficiebat ut, quoties ea in Dominicam diem incideret, octiduo post Orientales, id est luna XXII, sacratissimum Pascha celebraretur. Hic casus occurrit anno S. Bercharii emortuali 685, quo sabbatum XXV Martii concurrebat cum luna paschali XIV. Proinde sequenti die dominica non Pascha, sed Palmas celebrarunt Occidentales, et proin quoque fallunt documenta allata, quæ statuunt S. Bercharium in Dominica Resurrectionis obiisse.

86 Jam plus vice simplici insinuavi me habere illa documenta, non tamquam cœva facta, quod expriment, sed quatenus innixa traditioni domesticæ, cui fides obsque idoneo fundamento deneganda non est. Errarint itaque scriptores in conjungendo diem XXVI Martii anni 685 cum paschali solemnitate, utpote quam secundum cyclum Dionysii Exigui dein computarint; unum manet inconcussum eosdem diem et annum Sancti emortuale, diem XXVI Martii anni 685 constituere. Cæterum non credo cycli Victoriani usum tam universalem fuisse, ut in Occidente Ecclesia ab illo desciverit. Luculentum certe hujus rei testimonium suppeditat S. Gregorius Turonensis (f), quod anno 590 illigandum probat Pa-

(a) Eadem habet Anonymus, t. I Septembr., p. 695, n. 11. — (b) Cap. LI, caus. XII, q. II. — (c) Mabill. Ann. Ben. Append. xxx. T. I, p. 645. — (d) Ibid., lib. XVII, c. XLIII. T. I, p. 531.

— (e) Cfr. Henr. Sanclement, de Vulgaris æræ emendat., lib. IV, cap. X, p. 487. — (f) Hist. Fr. lib. X, cap. XLIII, ap. D. Bouquet, t. II, p. 378.

gius

AUCTORE  
J. V. H.

monasterio  
Gaugiacen-  
si.

E

Refertur  
tandem ra-  
tio,

F

quæ e diver-  
so computo

AUCTORE  
J. V. H.

gius (a): Dubietas Paschæ fuit, ait Gregorius, ob hoc, quod in cyclo Victor luna decima quinta Pascha fieri scripsit. Sed ne Christiani, ut Judæi, sub hac luna hæc solemnia celebrarent, addidit, Latini autem luna vigesima secunda. Ob hoc multi in Galliis decima quinta luna celebraverunt; nos autem vigesima secunda. Siquidem anno 590 jam multi in Gallia Latinorum consuetudinem, de qua Victor, quoad diem haberent antiquatam, nemo mirabitur eandem opinionem post annos nonaginta quinque longe plures adhuc sectatores habuisse: e quorum numero facile esse potuerunt Dervenses monachi.

paschali

87 Diuturnior certe fuit in Hispania usus cycli Victoriani, siquidem Hadrianus Papa I, sæculo octavo in finem vergente, exprobrat Hispanis per varias epistolas illos in paschate celebrando dissentire a reliquis Ecclesiis (b): Pervenit, ait, ad nostras apostolicas aures, quod multi in partibus illis in insipientiam atque cordis dementia devoluti, prædecessorum nostrorum sanctorum Pontificum, et nostras relationum atque admonitionum series, secundum venerandi Nicæni concilii institutionem de paschali festivitate, ita contemnere audent, quod si plenilunium quarto decimo scilicet lunæ die, Sabbatho contigerit, alio die Dominico, videlicet quinto decimo lunæ die Pascha sanctum minime celebratur, sed prætermisso eodem quinto decimo die, in alio sequentis septimanæ Dominico, qui est vicesimo secundo lunæ die, Paschalis festi gaudia pronunciant celebranda. Quo si interius mente perpenditur magni ac venerandi Nicæni concilii trecentorum et octo patrum simul convenientium promulgata paschalium festivitatum ratio, procul dubio omnis error, omnisque ambiguitas ab hæsitantium cordibus auferetur. *Monstrat porro quomodo ex decretis Nicænis Pascha constituendum sit, et dein concludit*: Pro quo non silemus, charissimi, impensius vos commonere, ut a falsis fratribus caveatis, et eo modo quo sancta nostra Romana Ecclesia, caput omnium Ecclesiarum Dei, paschalem celebrat solemnitate, et recte, si Dei tenet traditiones, et vos procul dubio celebrare studeatis, ut sicut pares nos Christianorum fidei religio efficit, æquales nimirum in festivitibus efficiat.

B

C  
voti posset,

88 Hæc satis probant meo iudicio exulasse jam diu e Galliis errorem, quem solis Hispanis exprobrat Hadrianus. Habemus igitur quasi terminos binos, inter quos medius stat annus emortalis S. Bercharius: scilicet annum 590, in quo, teste S. Gregorio Turonensi citato, jam multæ Ecclesiæ in Gallia Pascha celebrarunt die xv lunæ, et annum circiter 780, quo Hadrianus id erroris solis Hispani impingit: nemo certe monstrare poterit Dervenses male Pascha computasse, maxime si attendat Bercharium nostrum Luavii educatum, ubi diu vixit Scotorum computatio, (quæ permittebat ut luna decima quarta in diem Dominicam incidente, paschalis solemnitas haberetur,) in mediis dissidiis, si quæ tum adhuc fuerint, illam opinionem probabiliter tenuisse, quæ quam proxime accederet ad computandi rationem S. Columbani. Scimus autem non levem sibi creasse invidiam Columbanum, quia, Scotorum more, Pascha in Galliis celebrare voluit, uti latius explicabitur ad diem xxi Novembris, quando de hujus Sancti gestis sermo recurret.

(a) Crit. Baron., ad an. 594, § III. — (b) Gretser. Opera, t. VI, p. 785. — (c) Circa oleum e SS. cadaveribus manans, consule Prosp. Lambert. de Canoniz. SS., lib. IV, part. I,

## § VI. Variæ Reliquiarum S. Bercharii translationes.

Jam exposui supra num. 4 cur festivitas S. Bercharii in diem xvii kal. Novembris translata fuerit; quia scilicet ea die recurrebat annua celebritas translationis Sancti nostri et dedicationis basilicæ Dervensis. Variis autem temporibus translatum fuisse corpus S. Bercharii monstrat tum Vita, tum liber Miraculorum. Primum Sanctus extra ecclesiam sepultus fuerat: Sed, ait Adso num. 26, cum jam Dominus ulterius occultare nollet, ex præfato cultelli (aquæ supernatantis) miraculo cæterisque ad tumulum sancti viri ostensis, servis Dei visum est inde corpus beati patris debere transferri, ac illi inde translatum tumulaverunt retro altare in basilica SS. Apostolorum Petri et Pauli, quam ipse vivens ædificaverat, ubi suffragantibus ejus meritis multa tribuuntur dona populis. *Juxta Historiam Dervensem manuscriptam, ad nos missam cura et studio R. D. Gérard Parochi in Dervo, quam conquestis undique documentis ecaravit D. Grossard, Dervensis monachus et past turbas Gallie curatus in Planrupt, juxta Dervum, hæc translatio facta censetur pridie idus (xiv) Februarii, qua die ejus memoria celebratur tam in Dervo monasterio, quam in ecclesia collegiata S. Bercharii Castivillani, ubi aliquæ ejusdem Sancti Reliquiæ habebantur (Châteauvillain, Département de la Haute-Marne, arrondissement de Chaumont.) Credo hanc primam translationem accidisse anno 686, quia inter cætera prodigia, tamquam rationem offert miraculum cultelli, quod, quoniam in omnium memoria vivum erat, non longiori intervallo separari potest a corporis elevatione. Addit quoque: Ex cuius sepulchro longo post tempore oleum pullulans in vas ad hoc paratum visum est defluxisse, cunctis morbo oppressis nimum salubre (c). Ipsa Adsonis verba indicant olei fluxum non fuisse diuturnum. cum jam ante ejus ætatem desiisset.*

Corpus S.  
Bercharii

E

90 In Dervensi basilica quieverunt deinceps S. Bercharii Reliquiæ usque ad annum Christi 921, quo, imminentibus Hungaris, in Burgundiam translata fuerunt sub Rudolfo, Burgundiæ duce, ut infra videbimus, postquam respondero difficultati, quam alia documenta facessere videntur. Constat enim ex epistola Formosi Papæ, anni 891 (d) et e diplomate Ludovici, dicti Cæci, Burgundiæ regis, anni 896 (e), primam aliquam migrationem Dervensium monachorum in Burgundiam circa illud tempus accidisse. Ad illos quidem scribit Formosus: Audientes vos de Trecassino comitatu ex monasterio Dervo a facie paganorum elapsos, et quod ab eodem venerabili episcopo (Barnoino Viennensi) misericorditer suscepti estis, inclinati precibus vestris, per hujus auctoritatis privilegium vos inibi, (in monasterio S. Theuderii, Saint-Chef, Département de l'Isère) firmiter et quiete Deo militare confirmamus. In diplomate autem Ludovici hæc leguntur: Barnoinus... petiit, ut quoddam monasterium præfate Ecclesiæ Viennensis in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Theuderii Confessoris Deo dicatum, in ejusdem Ecclesiæ parochia situm, atque Adalrico, abbati monachisque quondam Dervensis coenobii ad regendum et Deo serviendum commissum, præcepto nostræ auctoritatis muniremus.

F

cap. xxxi, n. 19. — (d) D. Bouquet, t. IX, p. 202. — (e) Ibid., p. 679.

A non ante saeculum x 91 D. Bouquet in notis ad citatam epistolam Ludovici videtur hanc migrationem cum translatione Reliquiarum S. Bercharii confudisse. Et id quidem perperam: nam duplex hæc migratio incidit in tempus diversum, devenit ad diversum locum, ac tandem nacta est patronum diversum. Prima quidem migratio ultimo decennio sæculi noni, altera vero post annum vigesimum primum sæculi decimi accidit; dein monachi Dervenses in prima migratione, corpus fundatoris sui in Dervo relinquentes in regnum Burgundiæ, quod Alpibus, mari Mediterraneo et Druentia, adjuncto ducatu Lugdunensi, claudubatur, confugere (a); ductus autem Burgundiæ, in quo refugium sibi statuerunt Dervenses iterum exulantes, cis Ararim et Rhodanum situs, provinciis Nivernensi, Borbonnensi, Campana, Sequanica, Bellojocensi et Brizinensi terminabatur (b). Unde sponte sua fluit in duplici exilio duplicem nactus fuisse Dervenses refugii patronum: in priori scilicet Ludovicum Cæcum, regem; in posteriori autem Rodulfum, ducem Burgundiæ. Neque fraudi nobis esse potest silentium scriptoris Miraculorum, qui unam referens, alteram migrationem ignorasse videtur. Nempe silentium unice adscribo rationi, quod tunc corpus S. Bercharii suo loco motum non fuerit; atque hinc alienum fiebat ab Anonymi scopo hujusmodi narrationi immorari.

B translatum fuisse. 92 Fatebor tamen Anonymum videri, utramque migrationem una narratione complexum fuisse, quum scribens Dervenses tranquillitate jocundæ pacis ad hæc usque tempora usos fuisse, alludere videtur ad epocham, quæ primam migrationem præcessit. Tranquillitatem, ait num. 5, tam jocundæ pacis, multis abusive vertentibus in augmentum impietatis, rursus severitas animadversionis Hunnorum rabiei exponit depopulationem Christiani populi: maxime addictis stragi Neustria et pleraque parte Gallici regni. Tempora hujusmodi infelicitatis impediabantur regimine Karoli Junioris, qui Simplex ferebatur nomine, non tam innocentia quam ignavia omnis rei civilis et militaris, omnino referens mores Ludovici genitoris, qui ob nimiam vecordiam vocitatus est Nihilfaciens. Imperium ergo hujus, quippe justo Dei judicio instigatus, parvipendens Hunnorum exercitus, quaquaversum debacchando insignes funditus evertens urbes, gladiis et incendio orationum domos plurimarumque gentium delevit populos. Itaque tam immanis crudelitatis frequentibus nuntiis territi fratres supradicti Dervensis cœnobii, erumpentibus etiam ab occidentis partibus, Astingo duce, Wisigotis, qui et Normanni, communi consilio, ut audierant aliarum greges ecclesiarum, decernunt, sumptis secum ossibus B. Bercharii, fuga perquirere latibulum; hocque statuunt circa ripas Araris fluminis; quæ regio ipsis temporibus ferebatur immunis omnis inquietudinis regimine Rodulfi, filii nobilissimi Richardi Burgundiæ ducis, qui justus tenax, ejusque famosissimus ultor extitit.

C monstratur, 93 Facilis determinatu est epocha, qua Dervenses in ducatum Burgundiæ corpus sancti sui fundatoris transtulerunt. Nam migratio accidit, Rodulfo Burgundiæ jam duce, necdum vero Francorum rege: id est inter kal. Septembris anni 921 (c) et III Id. (xiii) Julii anni 923 quo rex Suessionis eligitur et inungitur a Walterio Senonensi (d). Habemus e Flodoardi Chronico (e) anno ejusdem sæculi XIX Hungaros Italiam, partemque Franciæ, regnum

scilicet Lotharii (Lotharingiam Campaniæ conterminam) deprædatos fuisse. Imminebant juxta idem Chronicum Normanni, qui eodem anno omnem Britanniam in Cornu-Galliæ, (Cornouaille, Dép<sup>t</sup> Finistère) in ora scilicet maritima sitam, depopulabantur, proterebant atque debebant, abductis, venditis cæterisque cunctis ejectis Britonibus. Aliquam facessit difficultatem, quod nempe Wilhelmus Gemeticensis in Historia Normannorum dicat (f) Hastingsum, Normannum, vendita Tetboldo comiti urbe Carnutensi, distractis omnibus, peregre profectum disparuisse; ex serie autem narrationis videtur illa disparitio ad sæculum IX pertinere. Sed recte adinadvertit Vossius de Historicis Latinis (g) multas in scriptore hoc fabulas de Normannis legi; quod non inficiabitur, qui cum eo contulerit, quæ de ætate sua in Chronicis suis retulit Flodoardus. Hinc apparet sublestæ quandoque fidei Wilhelmum Gemeticensem esse; cujus asserta corrigenda sunt ex antiquiorum scriptorum efatis, qualis est noster Anonymus.

94 Alterum est quod suspectam reddere videtur narrationem Anonymi Dervensis: negat scilicet Urbanus Plancher Benedictinus in sua Burgundiæ Historia (h), Rodulfum Richardi filium unquam Burgundiam ducis titulo occupasse, atque propterea Ducem supposititium appellat, hac ductus ratione quod Richardus dux Burgundiæ kalendis Septembris anni 923 defunctus sit, duobus scilicet mensibus postquam filius ejus Rodulfus rex Francorum inunctus fuisset; vadem hujus asserti assert Joannem Mabillon; sed perperam. Ambigue hic quidem loquitur, sed si conferatur ejus textus cum iis quæ aliis in locis jam dixerat, nullus dubitandi superest locus. Suburbanæ, ait (i), Basilicæ S. Petri Senonensi tum (anno 923) præerat Samson venerabilis abbas, qui Aiglioni ante biennium successerat, quo tempore Richardus Burgundiæ dux, Rudolfi novi regis parens, Justitarius dictus, sepultus est in monasterio S. Columbæ kalendis Septembris. Voces quo tempore referendas esse ad verba ante biennium, hinc elucet, quod agens de Rodulfo nondum rege dicat (k) sub anno 922, illum fuisse Richardi Burgundiæ ducis recens mortui filium. Cæterum multis confirmatur mortem Richardi statuendam esse anno 921 (l), Rodulfo vero biennio circiter serius regem inunctum fuisse (m). Ruit igitur præcipuum argumentum quo Urbanus Plancher nititur, dum affirmat Gislbertum Richardi generum illi successisse (n); et Rodulfus inter duces Burgundiæ reponendus est, uti faciunt Benedictini, auctores libri l'Art de vérifier les dates (o).

95 Incertum est quo loco constiterint Dervenses tempore secundæ hujus migrationis; non dubium tamen illos a Rodulfo fuisse susceptos, ut narrat Anonymus noster num. 7: Miraculorum rumore celeberrimo accensus memoratus princeps Rodulfus suscepturus insignia totius Francorum imperii, supplicem locum ipsum Reliquiarum B. Martyris adiit, se suamque felicitatem ejus committens suffragiis: multisque donatum muneribus, fratrum necessitates plurimis relevavit largitionibus, et eos benignissime consolatos, spem prope ac prospere remeandi, Dei sanctive Martyris auxilio et sui laboris juvenamine re-promisit; quod feliciter Deo favente contigit. Nam idem memoratus princeps, laturus auxilium præfatæ calamitati, imperium Francorum subiit, nequaquam tyrannice, sed divinæ pietatis præ-

(a) Plancher Hist. de Bourgogne, t. I, p. 155. — (b) Ibid., p. 224. — (c) D. Bouquet, t. IX, Index chronol., p. LXXXIX. — (d) Ibid., p. xxi. — (e) Ibid., t. VIII, p. 176. — (f) Ibid., p. 255. — (g) Lib. II, cap. XLIX, p. 405. — (h) T. I, p. 233.

— (i) Lib. XLII, § LIV, t. III, p. 348. — (k) Ibid., § XLVI, t. III, p. 344. — (l) Bouquet, t. IX, Index Chronol., p. LXXXIX. — (m) Ibid., p. xxi. — (n) Hist. de Bourg., t. I, p. 237. — (o) T. II, p. 492 et seq.

AUCTORE  
J. V. H.

destinatione ob meritum suae probitatis, electus a pontificibus ac proceribus totius Gallici regni, ad eflugendam inde rabiem paganæ perversitatis. Ejus itaque formidine potestatis, protinus exterrita omni feritate barbarica, restaurata tranquillitate pacis, repedandi ad propria capessunt audaciam, qui ob metum paganorum dispersi diversa petierant loca exilii. Grex quoque Ecclesiae Dervensis, juncto sibi cœtu fratrum Fossatensis cœnobii, qui metu supermemoratae internecionis eo confugientes devexerunt secum ossa Confessoris Christi Mauri, pari consilio aggrediuntur iter repatriandi, pariter incidentes, simulque divina celebrantes officia, donec itineris progressionem attingerent, quo ab invicem discesserunt, fines Dervenses atque Campaniæ.

in quem lo-  
cum :

96 Igitur adventi pretiosissimi Martyris occurrentibus cum plurima turba sacerdotum clericorumque multis, ac ejus familia, quaquaversum dispersa, undique recurrense, excipitur eximius protector patriæ liminibus templi, quod vivens extruxerat in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli. Hoc longa solitudine incultum, tribulis etiam et vepribus circum altaria horrentibus, comentes undique fratres famulique cum gloria magnæ laudis iterum in eo recondunt ossa pii pastoris XVII kalend. Novembris. Posito, quod jam supra diximus, Rudolfum III id. (XIII) Julii anni 923 solium regale conscendisse, ex verbis Anonymi conjectare licet, eodem anno Dervenses patris sui translationem celebrasse : nuntiat enim Rudolfus illos prope ad sua redituros, quod feliciter, ait, contigit : nam ejus formidine potestatis protinus exterrita est omnis feritas barbarica. Atque hæc secunda est translatio corporis S. Bercharii.

sæpius sup-  
plicantium  
ritu

97 Nescio num aliqua deinceps a Dervensibus celebrata translatio sit usque ad 1671 ; nisi fortassis quædam facta fuerit circa finem sæculi X ; quando basilica nona, vetere destructa, erecta fuit ab Adone et consecrata a Gebuino Catalaunensi episcopo VIII kal. Decembris anni 998 (a). Nihilominus aliquando ad varia loca exportatæ fuere sacræ Martyris Reliquiæ. Sic circa annum 1020 gloriosus rex Robertus, ait Anonymus noster num. 33, apud villam, Aireyas nomine, noscitur concilium habuisse, ubi cum innumeræ plebis multitudines diversi utriusque sexus et ætatis concurrerent, ad cumulandam quoque populi proficiscentis devotionem plurima Sanctorum corpora a fidelibus viris advehi coeperunt. Inter quorum veneranda pignora, seniores nostri de sacro patroni nostri corpore non ignotas detulere Reliquias, convenienter in feretro ad earum translationem præparato. Causam convocandæ synodi exprimit scriptor Historiæ episcoporum Autissiodorensium (b) ; scilicet pro redintegrandâ seu firmandâ pace ; ast simul, ut loquitur chronicon Autissiodorensis S. Mariani (c) statuta sunt multa Ecclesiarum statui profutura. Aireyas, quod etiam Airiacum dicitur (Airy vel Arcy-sur-Cure, departement de l'Yonne) Autissiodoro quatuor circiter milliariis distat. Cæterum moris erat, ut testatur Glaber Rudolfus (d), ad conciliorum conventus multa deferri corpora Sanctorum atque innnumerabiles sanctarum apophoretas Reliquiarum (e) Huc referenda sunt, quæ e Martyrologio Autissiodorensi supra num. 5, exscripsimus.

deportatæ  
Sancti Reli-  
quiæ :

98 Ter adhuc delatæ S. Martyris Reliquiæ noscuntur, uti narrat Anonymus num. 34 et sequenti. Primo scilicet, grassante prægrandi mortalitate,

(a) Gall. Christ., t. IX, col. 871. — (b) D. Bouquet, t. X, p. 172. — (c) Ibid., p. 275. — (d) Lib. iv. Hist. cap. v. D. Bouquet. Ibid., p. 49. — (e) Cf. Chron. S. Petri Vivi Se-

et utriusque dignitatis hominibus Sanctorum suffragia quaerentibus, perductum est corpus S. Bercharii super Blesam fluvium ; et Sancti cinere advecto fugit ipsa hominum mortalitas. Secundo, eadem Reliquiæ portatæ fuere ad Summam Veram (prope Dervum) in ecclesiam S. Mariæ ; fatetur scriptor se non recordari, qua pro causa devotio compulerit solemnem hujusmodi supplicationem instituere. Tertiam tandem sacri corporis delationem auctor ipse testis oculatus describit num. 36 : Non pluerat, ait, ab ipsis fere gloriosæ Dominicæ Resurrectionis diebus usque in Natali SS. Apostolorum Petri et Pauli. Hoc igitur infortunio non modice pavefactis omnibus, majores natu plebis hujus Ecclesiae in unum conglomerati, expetunt Domini abbatis Brunonis præsentiam (fortassis anno 1053 (f) quo siccitas magna fuit) postulantes concedi sibi B. patris Bercharii corpus, quatinus liceat eis per agros suos et confinia famulari bajulatione illud circumferre, ut suo sancto interventu propitiatio cœlestis subveniret afflictis. Consensit abbas : indicta solemnitate in festum SS. Apostolorum, ipsa die pluvia diu negatam terræ infudit abundantiam, terraque frugum suarum desideranti plebi parturivit copiam.

99 Neque aliud mihi occurrit circa Reliquias S. Bercharii usque ad sæculum XVII, cujus anno XXVII reconciliata fuit ecclesia Dervensis et iterum ejus altaria consecrata fuerunt ; erant quippe profanata per vastationem Calvinianam ; ignoro autem, num in hoc turbine e suo loco motum fuerit corpus S. Martyris. Ast e jam laudato manuscripto D. Grosard habemus ejusdem sæculi anno LXXI in novas capsas fuisse translatas Reliquias, cujus quidem visitationis et translationis processum, ut aiunt, verbalem, e Gallico in latinum idioma tractum, subjicimus ex eodem manuscripto. Anno 1671 die Martis, trigesima prima die Martii, primo pontificatus Clementis X, xviii Ludovici XIV regis Galliae et Navarrae gloriose regnantis, indictione IX, nos monachi, prior et conventus abbatiae B. Mariæ in Dervo, Ordinis S. Benedicti, congregationis S. Vitoni, personaliter præsentibus D. Gaspere Pesme, D. Francisco Fandel, D. Claudio Baupoil, D. Remigio Lemaire, antiquis religiosiis, (qui scilicet reformationem Congregationis S. Vitoni non receperat) D. Bonifacio Peronne, priore, D. Ludovico de Recicourt, D. Mauro Montignon, D. Clemente Michel, procuratore, D. Cypriano Loiselier, D. Huberto Mutel, secretario capituli, D. Andrea Caillet, D. Paulo Horguëlin, D. Odilone Aubry, F. Antonio Cocquart, F. Adriano Lefebure, religiosiis professis dictæ abbatiae, constituentibus et representantibus capitulum ejus.

100 Juxta decretum capituli nostri jam pridem latum de visitando sacras Reliquias in ecclesia nostra asservatas in thecis et capsis ligneis, easdemque tranferendo in pretiosiores, quas fieri curavimus ad honorandum Deum in Sanctis suis, eorumque auxilium implorandum, hesternâ die trigesima hujus mensis aperuimus dictas thecas, et per instrumenta et inscriptiones recognovimus in illa, quæ S. Bercharii dicebatur, sacra ossa ejus involuta telâ damascenâ rubrâ, excepto capite, quod capiti argenteo inclusum est..... Invocato dein Spiritu Sancto, et recitatis precibus præscriptis, præsentibus pluribus ecclesiasticis viris et ingenti multitudine populi tum Dervensis, tum finitimorum locorum,

non. D'Achery, t. II, p. 474. — (f) Chron. Fontanel. App. apud D. Bouquet, t. XI.

cum



A cum omni qua potuimus reverentia et ceremoniis in simili casu consuetis, fecimus translationem dictarum sacrarum Reliquiarum... Ordinavimus deinde processionem generalem per vicum Dervensem, in qua istæ sacræ Reliquiæ solemniter delatæ fuerunt. In quorum fidem, postquam nos, monasterium nostrum et quicquid illi cedit, Dei Sanctorumque suorum (quorum, Reliquiarum nos sequestros, divina majestas facere dignata est.) præsidio et tutelæ commendavissimus, hoc instrumentum scribi curavimus et manu nostra secretariique nostri munivimus. *Sequuntur nomina supra citata.*

translationis  
exhibetur  
instrumentum.

101 Hodie, ultima die Martii MDCLXXI, hora decima matutina Michael Braudy et Nicolaus Regnault notarii regii in ballivatu Calvimontensi, requirentibus Dominis venerabilibus religionis, priore et conventu abbatissæ B. Mariæ Virginis in Dervo, consistentes in ecclesiæ dictæ abbatissæ in facie altaris majoris, in quo erant thecæ, quibus nunc Reliquias supra expressas imposuerunt, requisiti fuimus instrumentum actorum conficere: quod illis dedimus ad effectum prout de jure, præsentibus: D. Alexio Bruaux subpriore in Montier-marcy, D. Francisco Grignon, monacho ejusdem abbatissæ, DD. Nicolao, Joanne et Ludovico de la Marche, D. Lud. Parison, presbytero curato, D. Edmundo Renaudot, Claudio Hurlot, Ludovico Abreuveux, Adriano Francisco Philiberto Martinet et Ludovico Baudry, notabilibus incolis loci Dervensis, et D. Joanne Potaye Ballivo in Chavange; qui omnes nobiscum Notariis manu sua firmaverunt instrumentum in theca S. Bercharii reconditum. *Itaque usque ad motus Gallicos et omnium monasteriorum eversionem corpus S. Bercharii in ecclesia Dervensi, caput quidem in scrinio argenteo, reliqua ossa in theca asservata fuerunt; quod quidem pro suo tempore testatum nobis reliquit Joannes Mabillon (a).*

Anno 1820

102 Quomodo vero hæc sacræ pignora in mediis posterioris ævi turbationibus servata fuerint, explicant instrumenta ad nos transmissa per RR. DD. Favrel, vicarium generalem Diocesis Lingonensis et Gérard, parochum in Dervo, quorum eximia benevolentia iterum iterumque impense gratias agimus. *Duplex coram habeo instrumentum: unum catalogum Reliquiarum exhibet; alterum continet approbationem Gilberti Pauli Aragonès d'Orceet, tunc Lingonensis episcopi. Utrumque e gallico latino facio. Prius declarationem Reliquiarum continet et sic sonat: Anno millesimo octingentesimo vigesimo nono, prima die Junii, nos infrascripti Joannes Baptista Drion Parochus in Dervo, Claudius Drion Clericus tonsuratus, Edmundus Ogé sacristanus et organædus, Joannes Baptista Moraux ludimagister, Stephanus Augustinus Bouillevaux et Alphonsus Petit, ambo choristæ Parochiæ S. Remigii in Dervo, præmisso serio examine, certi facti sumus, quod ex omnibus Reliquiis, quarum mentio fit in variis catalogis diversorum annorum, non aliæ notas probabiles et authenticas, quibus fides adhibenda sit, habeant quam in majori scrinio corpus integrum Sancti Bercharii... (sequitur declaratio aliarum Reliquiarum in variis scriniis, thecis et feretris): in theca portatili, caput S. Bercharii... signatum erat; Ogé, C. Drion, Moraux, Bouillevaux, Drion.*

visitata

103 Jam indicavi supra num. 89 aliquas S. Bercharii Reliquias Castrivillani olim fuisse: hinc quando dicitur corpus integrum S. Martyris in Dervo reperiri, intelligendum est de potiori ejus

(a) Act. SS. Ord. S. Bened., sæc. II, p. 843.

parte. *Suprascriptam declarationem ratam habuit Lingonensis episcopus Paulus d'Orceet instrumento sequenti: Gilbertus Paulus Aragonès d'Orceet, miseratione divina et sanctæ sedis apostolicæ gratia Episcopus Lingonensis. I. Viso processu verbali de statu Reliquiarum ecclesiæ Dervensis, et signis authenticis, quibus, post serium examen, munitur: II. Viso quod scrinia tam majora quam minor et aliæ reliquiariæ thecæ, non possunt esse et reapse non sunt, juxta unanimum opinionem parochianorum et finitimorum, aliud quam pretiosa hæreditas, quam antiqua et celebris abbatia Dervensis, una cum nomine et templo, reliquit parochiæ, quæ utroque etiam hodie gloriatur: III. Visa verificatione facta per D. Donadéi, vicarium nostrum generalem et archidiaconum districtus Vassiacensis, cujus relatio nihil omittit quod conferre potest ad stabiliendam aut potius confirmandam authenticitatem thecarum et Reliquiarum in eis contentarum, scilicet, acta authentica etiam Notarii manu firmata conservationis et translationis earundem, quæ fecerunt in favorem parochiæ monachi, antequam discederent; acta etiam post discessum monachorum confecta a magistratu civili et ecclesiastico tum ad easdem conservandas, et eripiendas latrociniiis rebellium, qui vasa pretiosa exigebant ad monetam cudendam, tum ad easdem reponendas in sepulcrum sive sacellum, unde vi extractæ fuerant.*

AUCTORE  
J. V. H.

104 Attento quod universus populus honorat adhuc, sicut semper honoravit dictas sacræ Reliquias, et si inscriptiones singulis appositæ non muniuntur iis litteris authenticis, quæ venerationem olim conciliarunt, in causa est rabies persecutorum illas destruentium post dispersionem piorum cœnobarum, qui illas conservabant, tanquam certissimum præsidium devotionis in illis repositum: attento insuper quod titulus scriptus desinit esse necessarius, quoties adest possessio immemorialis, pacifica et omnino publica, et quod veneratio dictarum Reliquiarum nullum detrimentum passa sit ex destructione titulorum: attento etiam quod si per errorem involuntarium, alicui ex dictis Reliquiis affixa fuisset inscriptio ad alias pertinens, non esset cur veneratio unicuique earum debita denegaretur, saltem in quantum in eadem theca conjunctæ reperiantur: attento demum, quod si contra omnem veri speciem, irrepsissent, tam in scriniis quam in thecis, quæ omnes varias Reliquias continent, aliqua particula minus certæ, quam aliæ, quibus utpote authenticis, absque piaculo cultus debitus denegari non potest, tamen ejusmodi cultus habendus non esset tanquam superstitiosus, utpote qui exhibetur in globo omnibus quæ sancta et sacræ continentur in dictis scriniis et thecis: attento tandem, quod si consequenter ad supra dicta, aliqua particula sola reposita in scrinio, dubium quoddam excitaret, posset conjungi cum una, quæ nulli dubio subjaceret, ita ut theca hujusmodi tantam fidem excitaret, quam aliæ, quæ sunt in simili casu:

S. Bercharii  
Reliquiæ

105 Hinc nos moti sensu tum justitiæ erga Sanctos, quorum hæc sunt Reliquiæ, tum caritatis erga fideles, qui tanti eorumdem venerationem faciunt, (involutis prævie in pannos sericos Reliquiis iis, quarum authenticitas dubia erat, ut sic reconderentur sub altaribus dictæ ecclesiæ aut in parte inferiori scrinii majoris) et ut Sancti, quorum hæc sunt Reliquiæ non defraudentur cultu juste illis debito a fidelibus, qui eosdem elegerunt aut eligunt in suos patronos, et ut illis,

ab episcopo  
Lingonensi,

qui

AUCTORE  
J. V. H.

qui ad dictos Sanctos eorumque sacras Reliquias recurrent, nihil juris quod sancta Ecclesia concedit, depereat, quoties vera et rationabili devotione ad Sanctos eorumque Reliquias confugiunt; permisimus et per praesentes permittimus, ut omnes Reliquias, quarum mentio fit in praesenti processu verbali, porro exponantur venerationi publicae; et volumus ut nullo umquam tempore, nulloque praetextu fraudentur honore illis debito. Insuper, ut idem cultus extendi et sufficere possit pietati fidelium, qui eum in suam ecclesiam inducere vellent, per praesentes concedimus D. Drion hodierno curato dictae parochiae, quotiescumque alicui personae aut ecclesiae utile judicaverit, facultatem extrahendi particulas dictarum Reliquiarum, ast una dumtaxat vice in praesenti rerum adjuncto; non intendentes concedere eidem jus aliquod ordinarium, imo e contrario volentes, ut non possit authenticas litteras tradere de iisdem Reliquiis, quin specialem faciat mentionem se non extraxisse, nec potuisse extrahere, nisi vi specialis et transitoriae facultatis, quam eidem fecimus per praesentes: ita tamen, ut si utile iudicaverit, possit eandem facultatem petere a nobis aut successoribus nostris. Apographa singularum authenticarum litterarum affiguntur tum dicto processui verbali et includuntur in unaquaque theca. Datum Lingonis sub signo, sigilloque nostro, et sub signo secretarii nostri die xxiii Octobris m̄dcccxxxix. Signatum erat: † G. P. Episcopus Lingonensis. De mandato, Rieuset.

B

itemque anno  
1858.

106 Confirmavit citatum diploma praedecessoris sui hodiernus episcopus Lingonensis Illustrissimus ac Reverendissimus D. Petrus Ludovicus Parisiis, litteris sequentibus: Nos Episcopus Lingonensis in actu visitationis parochiae Dervensis, visa recognitione SS. Reliquiarum in ecclesia dictae parochiae asservatarum, facta per unum e praedecessoribus nostris; inventa quoque in thecis, in quibus ossa sacra deponi curaverat, magna parte eorum, de quibus mentio fit in processu verbali, qui instrumento dictae recognitionis praefigitur; sigillo nostro munivimus I. magnum scrinium ligneum cum vitro in antica facie, expositum supra altare in xysto (galerie) sanctuarii; II. Duo scrinia minora, ante et retro vitro munita; et ordinarie recondita intra altare B. Mariae Virginis. Confirmamus et prorogamus concessam a dicto praedecessore nostro licentiam exponendi dictas Reliquias venerationi fidelium. Datum Dervo monasterio XXI Maji m̄dcccxxxviii. P. L. Episc. Lingonensis. Haec omnia instrumenta concordare cum suis originalibus attestatur die xii Februarii 1842 J. P. Gérard Curatus in Dervo monasterio.

C

Status hodiernus  
canonici Dervensis.

107 Magnificum olim Dervense monasterium tempore turbationis Gallicae ad duas tertias partes destructum est, quae vero post vastationem superstes remansit hodie stabulum est eorum admissariorum (Haras). Felicior fuit sors ecclesiae abbatialis sub SS. Apostolorum Petri et Pauli invocatione dedicatae: scilicet, eodem tempore destructa parochiali ecclesia sub titulo S. Remigii, parochiani abbatialem emerunt, qua hodie utuntur sub patrocinio SS. Remigii et Bercharii. Licet tandem coronidis loco completam facere Dervensium abbatum seriem, qualem exhibet Gallia Christiana (a): Claudium Antonium de Choiseul-Baupré excepti Antonius de Lastic, episcopus Convenarum; sed paucis post mensibus mortuo successit Antonius Eleonor Leo le Clerc

(a) T. IX, c. 909 et seqq.

de Juigné anno 1781, translatus a sede Catalaunensi ad Parisiensem archiepiscopatum. Seriem abbatum claudit Anna Antonius Julius de Clermont-Tonnerre, et ipse Catalaunensis episcopus consecratus anno 1782, dein, renovato Ecclesiarum ordine et statu, archiepiscopus Tolosanus et S. R. E. Cardinalis.

D

## VITA S. BERCHARII

## ABBATIS DERVENSIS ET MARTYRIS

AUCTORE ADSONE, ABBATE DERVENSI.

Ex editione Nicolai Camuzati in Promptuario Ecclesiae Tricassinae, et Joannis Mabillon in Actis SS. Ordinis S. Benedicti; collata cum codice Aquicinctino.

## PROLOGUS.

E

Cum gloriosas virorum illustrium palmas, ac praemia meritorum, sancta per orbem et universalis competentis obsequii functionibus sollemniter persolvat passim mater Ecclesia Catholica; nos quoque pro infructuosi ignavia silentii multandos fore arbitror, si gesta ejus lateant, cujus specialiter apud nos et virtutum exuberat copia, et sanctae institutionis refulgent incrementa: praecipue cum facta praecedentium, salutis sit materies ad memoriam relata posterorum. Actus igitur ac laborum certamina B. Bercharii abbatis et Martyris gloriosi summam perstringere cupientes, tanto difficilium hanc narrandi materiam sumimus, quanto ad explicandam hujus operis magnitudinem nos impares esse sentimus; sed non est illi difficile elinguem in verba resolvere, quem constat muta etiam elementa consonis vocibus sollemniter praedicare. Ea itaque prosequi intendimus, quae vel ab ipso domestico sanctissimoque ejus collegio notata claruerunt, vel postea divino beneficio ipsius compensata meritis, aetati nostrae perferri \* potuerunt.

Cur Adso  
hanc vitam  
conscripsit.\* profertur A.  
C.

F

## LIBER PRIMUS.

CAPUT I. S. Bercharii ortus, prima institutio apud parentes et S. Nivardum: monachus Lucovii.

Prioris monumenta temporis pagum Aquitanicum ortus ejus tradidere ac generis fuisse exordium. Parentes ejus vita venerabiles et valde religiosi in vita sua, exteriore affluentia rerum non mediocriter decorati \*, et (quod longe est excellentius) quodam singulari innocentiae ac inter suos felicium proventuum privilegio insigniti; qui cum conjugalibus pudicitiae jura fidei integritate servarent, commodis temporalibus praecellentes, divinarum tamen operam pia intentione studio \* perflagrantes, supernae dispositione clementiae tantam ac talem meruerunt sobolem accipere, cujus institutione et meritis in caelestibus castris niveas \* militantium innumerabilis multitudo bonorum fructuum palmas perferret, et multiplex antiqui deceptoris versutia, ablatis

S. Bercharius  
Aquitanus,\* locupletati  
A. C.\* studioque  
A. C.

\* nivea A. C.

fidelium

A fidelium animarum spoliis, deperiret. Quod facile est deprehendere, si quis altioribus abstinens, hæc pauca in consequentibus dignetur advertere. Cui videlicet ex matris utero cum divini jam tunc sanctificatione muneris in luce prodeunti, more Aquitanico Bererum \* a parentibus inditum constat fuisse vocabulum, tamquam ab ipso jam nascendi exordio bonæ hereditatis herum.

2 Eo tempore Francorum imperium rege Childerico \* a felicissime disponente, viro quidem rebus bellicis potentissimo, circa \* ecclesiarum autem Dei cultum devotissimo, B. pontifex Nivardus b sanctitatis ac religionis magnitudine toto Francorum orbe famosissimus, apostolica auctoritate cœlestem in terris vitam agens, sanctæ Remorum præsidebat Ecclesiæ. Qui, quia esset plenus auctoritatis et gratiæ, cum peteretur quoque diversas terrarum vel nationum tam pro vitæ merito, quam etiam doctrinæ affluentis eloquio, partes invisere, fines Aquitaniam aliquando contigit expetisse, atque ad illud usque prædium traditur pervenisse, in quo viri Dei parentes videbantur propria statione recedisse. Nam inter cetera quæ ex dote supernæ dispensationis hic vir sanctus acceperat, non mediocribus quoque paternæ hereditatis titulis a progenitoribus temporaliter etiam certum \* est floruisse, quod videlicet, si quis diligenter velit, in promptu est agnoscere, cum pone usque ad hæc nostra tempora ejus juris villas et prædia tam ultra Liguriam, ubi Diseias c dicitur, quam etiam intra fines Aquitaniam constituta, hi qui sibi in monasterii sui regimine probantur successisse, per longa temporum curricula jure quieto visi sunt possedisse. Sed ingruentium causa malorum, partim negligentia torpentium, partim etiam crudeli perversarum infestatione gentium videntur amissa, quæ quondam monachorum fuerant usibus attributa.

B certus A. C. c litteris prius in patria imbutus, quemdam... spe... candidatum A. C. C oportunitate subeunte A. C. deest nacti A. C. clericalis puerum A. C. providentia A. C. 3 Sed, ut ad id quod cœpimus exsequendum redeamus, cum prædictus pontifex sanctus, a viri Dei parentibus debitæ venerationis liberalitate, ut par erat, officiosissime susceptus, quamdam \* futuræ habitudinis speciem miraretur in puero boni operis candidato, divino instinctu sacris mysteriis eum applicandum esse præcensuit. Hac itaque sanctissimi pontificis auctoritate animati devotissimi genitores, infra teneros annos exactæ infantiam, temporis opportunitatem \* nacti \*, litteratoriæ \* professionis salutaribus disciplinis mox mancipandum esse decernunt; in quo præeunte supernæ illustrationis munere \*, cum sacræ institutionis instantia spiritualium etiam donorum fulserunt incrementa. Qui scilicet non otiose passus illa de lucidissimo litterarum fonte commercia sub ætatis teneræ crepundiis ardentius aggregare, quibus postea in virile robur adsurgens, et sibi et aliis ad mensuram Dominicæ dispensationis potuisset prodese. Ita jam tunc puerilis inconstantiam motus, quibus sæpe illa ætas labilis et fluxa resolvitur, rigore virtutis ingenitæ et moderaminis justis componens honestate, ut præter hæc, quibus addictus \* fuerat litterarum conamina; nil in se aliud residere pateretur, nisi forte dum aut opera pietatis ageret, aut certe, prout natura concesserit, sacris orationum exercitiis devotius insudaret.

4 Igitur dum \* puer sanctæ indolis, tam scientia quam virtute animi cœvos suos brevi præcederet, atque paulatim bonæ intentionis primordiis ad cœlestis militiæ perfectius tirocinium decrevisset intendere; supernæ vitæ æstuantis animi desiderio cœpit altius adspirare, terrenarum rerum contemptu sufficiens, atque ea, quæ ad virtutum incrementa respiciunt, perennis intuitu gloriæ totis nisibus attentans \*, æterna præ oculis indefessa \* constituere, peritura manentibus compensare, diversis afflictionum generibus affectionum carnalium molimina coartare, atque adolescentiæ gressus, divini amoris virtute roborare. Spretis deinde propinquorum et patriæ retinaculis, diligenter replicans, quia qui novæ conversationis rudimenta suscipiunt, tamquam peregrinos et advenas non cives suos mundus adspiciat \*; præfatum Sanctissimum Nivardum Remorum pontificem flagrat ardore \* expetendi. Qui, sicut diximus, apostolicæ institutionis prærogativa suffultus, nobilitatis honore clarissimus, variis virtutum generibus adornatus, inter Francorum proceres primus in aula regis, vita et conversatione dignissimus fulgebat.

5 Per id temporis ea civitas Sanctorum stipata cohortibus, et licet inter militares alas sub principe suo Childerico, capiti tamen suo consona, divini amore cultus urbs populosa spirabat. Hujus itaque tantæ opinionis gratia provocatus felix adolescens Bercharius, ecclesiasticis sacramentis, fide, habitu et actu aptissimus, cum illo beato sene, cui jam pridem dictum a Domino fuerat: Egrederere de terra et de cogitatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi, et faciam te crescere in gentem magnam, \* fidem participans et meritum, cognationem relinquens et patriam, post longi laboris excursus, fines ingreditur Franciæ, futurus cum S. Nivardo pontifice civis \* felicissimus (ut patulum est in sequentibus deprehendere) sanctæ Remensis Ecclesiæ, in augmentum videlicet operationis divinæ, quam Domini omnipotentia Redemptoris in lucrandis fidelium animarum quæstibus per hos duos synergos \* felicissimos præordinaverat adimplere.

6 Hic igitur beatus pontifex, ut semper optaverat, tali ac tanto suppare adepto d, quoniam ipse exterioribus tractandæ reipublicæ fuerat negotiis implicatus, regiæ dispositionis consiliis et actibus frequenter interesse, pontificalis providentiæ pondus volens nolensve cœlesti ordinatione perferre, ministerium sibi injunctum, tum publice tum privatim increpando, arguendo, obsecrando, ut perfectus agricola, sedulus exerce- re, gaudio replebatur non modico, familiari potitus adjutore atque in divinis operibus devotissimo consorte. Quapropter cupiens eum undecumque perfectius erudiri, sanctoribus ac religiosioribus divinæ scientiæ viris, quos sibi undique collata familiaritate addiderat, copulandum esse constituit, ut videlicet plurimorum instituentium auctoritate disceret, quod postmodum plurimis ministraret. Inter quos tunc temporis in regis Francorum aula præpollentis beatissimi Remaci e, procuratoris quidem sacri scrinii palatii, prudentiæ et sanctitatis titulis commendata ubique excreverat opinio veneranda; qui scilicet vir inclytus, Confessor postmodum Domini gloriosus, multis signorum virtutibus approbatus, placidus cunctis, benignus universis, in prosperitate modestus, in adversis patientissimus, vita laudabilis, eloquio affabilis, sic temporalia cautus exhibebat, ut æterna semper ab oculis non averteret.

7 Hujus talis ac tanti viri sacri institutionibus \*, hinc Luxovii i pio consortio A. C. rore superni nectaris illustrandum B. Bercharius, nutu prædicti pontificis, se maluit pro tempore ire copulatum, ut in quo perfectam doctrinæ scientiam intellexerat, ipse quoque per hunc ætatis suæ ac morum imbecillitati consulens, non

AUCTORE  
ADSONE.

\* acceptans  
A. C.  
\* addit cœpit  
A. C.

\* se esse pro  
certo aspiciant  
A. C.  
\* amore A. C.

Remos pergit,

E

\* Genes. cap.  
xii v. 1 et 2.

\* pater A. C.

\* proceres A.  
C.  
a quo erudiendus  
Remaco traditur;  
d

F

e

hinc Luxovii i  
\* pio consortio  
A. C.

tam

AUCTORE ADSONE. tam scientiæ, quam sanctæ puritatis commercia reportaret. Interea cum beati viri justus adolescens per aliquod tempus magisterio frueretur, et cœlestis pro viribus prælibasset haustum sapientiæ, Luxoviense monasterium accepto tulit expetere, quoniam B. Columbani districtis commendata regulis, ad se perlata fuerat fama religionis. Erat enim eo tempore in cunctis Galliarum partibus hoc cœnobium cum in multimodis rerum possessionibus, tum etiam divinæ venerationis cultibus nomen singulare habens, quod illic et districtior institutio, et studium sapientiæ plenius haberetur: quem videlicet miræ spectationis \* locum idem B. Columbanus pater in vasta Vosagi eremo a fundamentis construxerat, inventis antiquissimi operis ædificiis cum aquis naturæ ferventibus e terræ venis ultro prodeuntibus, ubi et ipse postmodum, aggregato fidelium numero sexcentorum ferme monachorum rector exstitit, longoque tempore eidem monasterio nobilissime præfuit, multisque miraculorum signis in eodem loco claruit, donec Brunehildis *f* regina impiissima, eo quod duos filios suos quos ex adulterino Theodorici nefandi regis, filii videlicet regis Sigeberti, conjugio susceperat, suo colloquio et benedictione indignos judicasset, ab eo loco, instinctu diabolico, proturbavit. Qui non sine magno mœnore et luctu omnium recessurus inde, Eustasium virum æque sanctissimum dignitate generis et vita illustrissimum, quem ipse pago oriundum Lingonico \* a puero instituerat, eidem numero fratrum collegio rectorem præfecit. Inde Italiam expetens, Bobiense cœnobium *g* non minus decenti opere statuit, in quo consummatus virtutibus, beato fine quievit.

8 Sanctus vero Eustasius loco Patris residens, non minimam monachorum multitudinem in Domini servitute verbis et exemplis præmunens, nominis et meriti magistri heres exstitit. Audita igitur fama tanti nominis, viri religiosi illuc undecumque confluunt, se suosque liberos plurimi certatim imbuendos offerunt, illud ante omnia ducentes permaximum, si vel post longævam probantis injuriæ tolerantiam, quodammodo admitti mereantur in congregationem. Jam vero quis locus vel civitas non gaudeat, ex beati viri disciplina rectorem habere pontificem vel abbatem, cum constet ex hujus virtute magisterii pene totum Francorum orbem decretis regularibus fuisse primum decenter illustratum? Bercharius itaque famulus Christi \* ad altioris vitæ semper instituta conscendere desiderans, pontificis sui auctoritate et gratia, celeri gressu ad locum hunc pro voto properat, præfati patris *h* alacritate condignus approbatur, \* sanctæ monachorum cohorti, non tam corpore quam mente et actu sociatur.

9 Susceptus autem in commune cum ceteris, aggressusque denuo tamquam athleta recentissimus militiæ gymnasium cœlestis, præteritorum immemor certaminum, et quasi qui virtutum in scammate \* positus, ad perfectionem pugnæ nihil plene ante peregisset; cœpit rursus divinis operibus spiritum coercere \*; veluti eum cerneret monasticæ districtioris tunc primum rudimenta suscepisse, seipso semper validior, et gratia superne illustrationis vitæ præcedentis qualitate jucundior. Jam vero stili non patitur opera, quanta in viro Dei fuerit humilitas, quanta virtus obedientiæ, quanta modestiæ gravitas, quanta caritas, quanta benignitas, quanta mansuetudo, quanta etiam patientiæ fortitudo. Obedientiæ sibi injunctæ negotium ita jubentis percurrit impe-

rio, ut mentem in sublime dirigens, nec laudis humanæ compendia quæreret, et suæ præmium gloriæ, rei pereuntis pretio nullo compensaret. Studebat etiam aliorum consideratione seipsum despiciere, et cum apud se cunctis judicaretur inferior, in humilitatis tamen culmine certabat omnibus inveniri sublimior: mœstissimum revolvens, si quis \* in illo sancto collegio aliqua fortia attrectaret, quæ ille, favente Dei gratia, segenius attingisset.

10 Traditur siquidem per id tempus, hunc in eo loco factum aliquando ministrum a caliculis in curam promptuarii, rectoris nutu, vicibus successisse. Cumque ille hanc officinam corporum \* dispensandam acciperet, quippe quem strenuum ad omnia sancta obedientia fecerat, quæ commissa fuerant prudenter inferebat. Quadam vero die, dum talibus tenetur implicitus, jussu patris est subito vocatus. Forte ille tunc promptuarium ingressus, ante vas steterat et sudem, quæ vulgo ducidulum a potu scilicet educendo dicitur, in manu tenens, cerealem amphoræ potum infundebat; mirum dictu! ad unius jussionis nutum, audito abbatis nomine, relictis quæ habebat præ \* manibus, concitus cucurrit, oblitus ardore obedientiæ et vasis observantiam et amphoræ cautellam. Cumque vocatus adstaret ante abbatis præsentiam, interim potus ille in vasculum non cessans defluere subter positum, postquam ad superficiem vasis pervenerat, in modum columnæ superne constipatum in gyrum coronari cepit. Ultro cerneret illud genus liquaminis, quod vix claustris \* contineri valeat, ut quondam, Dei transeunte populo, absque littoribus Jordanis fluentia in sublime tolli: ut liquido patesceret, quanta esset virtus obedientiæ, ejus fructus nulomodo possit in terram deperire. At vero ille non sine abbatis admiratione reversus, factum stupuit, quod prius potuisse a se fieri omnino non præsumpsit: tamen vir ille sanctus hoc quod acciderat non suo, sed totum abbatis sui merito deputavit.

## ANNOTATA.

a Quo sensu ætas S. Bercharii cum regno Childerici II, qui ab anno 660 ad 674 regnavit, jungatur, explicuimus in Commentario prævio num. 22 et sequenti.

b Colitur S. Nivardus seu Nivo Remorum archiepiscopus die 1 Septembris: vide ejus Acta ad illum diem (a).

c De situ loci natalis S. Bercharii, qui hic Diseias dicitur, in charta ipsius Sancti Diseium appellatur, vide Commentarii prævii num. 20. Cæterum ex Adsonæ liquet, jam sæculo x donationem S. Bercharii Dervensibus factam perisse.

d Aliter habet codex Aquicinctinus: Quoniam ipse in exterioribus tractandæ reipublicæ fuerat negotiis contra voluntantem suam multotiens implicatus, atque regiæ dispositionis consilii, ministerium sibi divinitus injunctum, tum publice, tum privatim....

e Commentarii prævii num. 29 monstratum est, Remaclum, de quo in Vita, non esse confundendum cum Sancto homonymo episcopo Trajectensi et fundatore monasterii Stabuleti et Mulmundariæ, qui colitur die 11 Septembris, ejus Acta vide ad dictum diem (b).

f Omnia hic confundit Adso: nam Brunehildis Theodorici II avia erat, uxor autem Sigeberti I, regis Metensis: Jonas scriptor coævus in Vita S. Columbani num. 32 (c): Evenit ergo, ait, ut quadam

(a) T. I Septemb., p. 267. — (b) Ibid., p. 669. — (c) Ap. Mabillon. Act. SS. Ord. S. Ben., sæc. II, p. 18.

die

\* deest in A. C.

\* dispectationis A. C.

*f**B*

\* addit honeste A. C.

*g*

monasticam vitam proficitur,

*C*

\* Dei A. C.

*h*

\* addit A. C.

et virtutibus,

\* congressu A. C.

\* exercere A. C.

D

\* quilibet A. C.

maxime obedientia, eminet.

\* addit fratribus A. C.

in A. C. E

\* clausum A. C.

F

A die B. Columbanus ad Brunechildem veniret; erat enim tunc apud Brocariacam villam. Cumque illa eum in aulam venisse cerneret, filios Theodorici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit: quos cum vidisset, sciscitatur quid sibi vellent. Cui Brunechildis ait: Regis sunt filii, eos tu benedictione roborata. At ille: Nequaquam, inquit, istos regalia sceptras susceptras scias, quia de lupanaribus emergerunt. Ceterum sancti viri severitas causa fuit expulsionis. Colitur S. Columbanus die XXI Novembris.

g Jam in Vita S. Galli ad caput II, nota a egimus de tempore fundati Bobiensis monasterii. Est autem Bobium civitas episcopalis sub metropoli Genuensi, caput districtus cognominis, in hodierna partitione Genuensi: incolae 3743 complectitur (a). Henricus sanctus imperator, ait Ughelli (b), ibidem episcopatum instituit perpetuum (temporaneus enim Bobiensi populo datus ante fuerat episcopus) de licentia provincialium episcoporum, Benedicto VIII Pontifice annuante, anno 1014, ut Ditmarus refert lib. VII. Sedes episcopalis primum immediate Romano Pontifici, dein Ravennati archiepiscopo et tandem ab anno 1133 ad nostra usque tempora metropolitano Genuensi subjecta fuit; attamen concordato Pedemontano anni 1803 suppressa fuerat sedes Bobiensis, restituta dein per litteras apostolicas datas XVII Julii 1817.

h Colitur S. Eustasius die XXIX Martii: vide Acta Sanctorum ad illum diem (c). In Commentario praevio num. 36 ostensum fuit Eustasio substitutum esse S. Walbertum seu Waldebertum, qui, mortuo S. Eustasio anno 625, per XI annos Luxoviensibus praefuit: confer ejus Acta ad diem II Maii (d).

## CAPUT II. Luxovio redux fundat eum S. Nivardo monasterium Altivillariense.

S. Bercharius monastii disciplinis eruditus,

C Ita vero cum jam esset regularis adprime disciplinae edoctus, divinae militiae in utramque partem armis praemunitus, ut videlicet per haec, quae longo exercitio didicisset, in lucri Domini dispensationem jam plurimorum saluti consulere potuisset; in provinciam Remorum ad S. Nivardum pontificem revertitur, qui tam virtutibus quam rebus, ut diximus, supra gregis sui custodiam vigilans, hostis insidias relidebat, atque ecclesiasticam dignitatem profusis successibus ampliabat: cuique olim, volventibus annis, divinae inspirationis instinctu hic ardor sensibus inerat, uti in quolibet suae diocesis contubernio, eo loci ad servendum Deo viventi domum construeret, ubi rerum competentia aptiora divinae servitutis commoda praetulisset. Illa erat in hac deliberatione morarum causa permaxima, quoniam deesset persona voti ad id agendum socia, quae ad desiderium suppleret pontificis, et strenua in Dei rebus inveniretur instantia suscipienda tantae collaborationis. Sed diu in dubio suspensus animus nequaquam frustrari potuit spe jam pridem concepta intentionis. Bercharium itaque praeripit, voto applicat, consulto praeripit, virum quidem in Dei rebus idoneum, religione praeditum, animo efficacem, exteriorum experientia non minus agilem quam prudentem. Cumque per id temporis urbs illa, ut diximus, et multorum floret ingenio et in admiratione reipublicae, divinum operum insignis haberetur commercio, hunc tamen solum, hunc sibi adsciscit praeci-

(a) Vide: Informaz. Statistiche Censiment. della popolaz., p. 45. Torin 1839. — (b) Ital. Sacr., t. IV. col. 925. — (c) T. III Mart., p. 784. — (d) T. I Maji, p. 275.

puum, cui consona auctoritate et merito futurae fabricae curam deponeret, et sane dispositione consilii omni illi structurae specialiter praeficiendum decerneret.

12 Praedium est publicum in pago Remensi, octo millibus ab urbe disparatum, cui videlicet aetate praecedenti Sparnacus a nomen fuisse constat impositum, quod olim quidem, tempore scilicet Chlodovei Francorum magni principis, quem Beatus Remigius apostolica auctoritate et praeditus et probatus, doctrina et virtutibus magnificus, cum suo exercitu, ut in gestis ejus legitur, angelico ministerio sacro chrismate aquae regenerantis illinierat, idem pater mirificus non modicae quantitatis pretio adquisierat, ac Remensem Ecclesiam, cui, auctore Deo, praesidebat, heredem constituerat b. Denique gloriosissimus Dei pontifex Nivardus postoralis solertiae condigne administrans officium, tum ad alia suae diocesis loca invisenda, tum quoque ad hunc saepe vicum egradiens, non tam propriae causas agebat utilitatis, quam cunctis se affabilem quoque exhibens, salutem subjectorum sedulus impendebat. Cumque dies ac noctes aedificandi coenobium in aliquo praediorum suorum, quibus nobiliter temporali quoque emolumento pollebat, desiderii continuatione pervigiles duceret, assumpto suo illo, ut saepe solebat, domestico Beato Berchario causa exstitit, qua praefatum vicum expectare pro more cogitaret. Hujus processu itineris, quo ad eundem vicum, Maternae fluminis litoribus contiguum, tenditur, quidam sui juris locus erat gratissimus, qui, paululum reducto sinu in montis latere amenissimo herbis virentibus aquarumque rivulis ex sublimi vertice leniter effluentibus, arboribusque ac vineis in declivi circumquaque constipatus, intuentium oculis oblectamenta praestabat.

13 Sanctus igitur Pontifex hoc iter aggressus, cum jam eas partes per clivum montis attigisset, qua decontra illa loci gradientis visibus se amenitas propius objecisset, super equestre, quo ferebatur, vehiculum eo gravi sopore deprimitur, ut omni protinus eundi facultate proscriptus, symmistem suum B. Bercharium inclamaret, omnemque illum equestrem, qui tunc forte se comitabatur, ordinem stare loco praeciperet, et quibus ad soporem urgeretur stimulis patientius indicaret. Ecce, inquit, irruente soporis immanitate, secus solito concutor: ita ut hinc gressum promoverem, impotem me esse omnino confiderem. Procuretur ergo fessis artubus inter haec vireta amenitas paululum divertendi, ut, redeuntibus per soporem viribus, coeptum reddatur facultas iter peragendi. Inter late patentia nemora diffusis frondibus, virentibus foliis, instanti rei grata fagus eligitur.

Haec alias inter tantum caput extulit alnos,  
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Huic itaque arbori oculus se subter injiciunt gratia quiescendi. Ita individui sui comitis B. Bercharii solo decumbentis festinans composito vertice gremio recipi, sternitur hic patulae recubans sub tegmine fagi. Quid vero tunc miraculi coelitus sit ostensum, stili duxi officio non improbe intimandum, ut supernae illustrationis veritas ostenderet, qui essent, quos silvarum densitas obtexisset.

14 Interim pontifice quiescente, sanctus vir Bercharius in coelum defixis luminibus adspicit subito aere per serenum conspicuo columbam e

AUCTORE  
ADSONE.

a S. Nivardo  
eligitur

a

b

E

\* plurimas  
coenobii aedi-  
ficandi A. C.  
\* addit, ut su-  
perius dixi-  
mus A. C.  
\* deest A. C.  
\* secum  
addit A. C.

\* amenissi-  
mus A. C.

in socium ad  
fundandum

\* ubi A. C.

\* coactus so-  
cium suum  
A. C.

F

\* considerem  
A. C.

coenobium,  
mirabili vi-  
sione

subli-

AUCTORE  
ADSONE.

\* deest ni-  
veus: addit  
fortuito A.  
C.

\*aperto A. C.

c

B

\* deest ab  
imis A. C.

\* sed ne lon-  
gius rem in-  
opinatam  
differam A.  
C.  
\* præmonstra-  
tum,  
\* addit illi A.  
C.  
\* Dominus A.  
C.  
\* deest Domi-  
ni A. C.  
\* ostendit A.  
C.

C

\* conferenti-  
bus A. C.

\* loco in ha-  
bet sicut A.  
C.

sublimibus descendere, niveo fulgore radiantem, atque eidem cui substrati manserant arbori leniter insidentem. Cumque in eam oculorum dirigeret aciem, diligenter explorare cupiens, quasnam in partes ales ille niveus \* declinare decerneret, repente alarum soluto remigio, ab arbore cui insiderat prosilit, et rumpens aera vacuum futuræ spatium fabricæ circumvolans, locum, in quo cœnobium construi debeat, gyro designat, præsentia sanctificat; expleto hoc lustramine, rursus nota recipitur arbore. Cumque eosdem sui ambitus circulos cœli nuntius ad futuræ rei firmitatis indicium tertio repetisset, patenti \* cœlo reconditur, et nihilominus hominibus in terra degentibus divinæ voluntatis præsagium aperitur, et novæ admirationis vestigium relinquitur. Intelligit hic vir sanctus, puro ut erat animo, signum esse cœlestis, quo et dubitantium animi firmarentur, et diu dilatam opus in Dei servitute fundaretur c. O beatum virum cui ostenditur corporali intuitu angelicæ dignitas visionis, in specie columbæ rutilantis, ad comprobandum testimonium innocentiae et puritatis! Est etiam in hac re illud quoque non minus admirabile, quia quod iste corporalibus deprehenderat oculis, hoc idem quiescens sanctus pontifex senserat sopore cœlestis visionis. Qui cum post aliquantulum perceptæ quietis spatium somno excitus, caput ab imis \* superna revelatione prædoctus erigeret: O, inquit, votorum meorum compar fidelissime, quam gratum mihi est huc paululum gratia soporis pro tempore divertisse, quem constat per Dei gratiam tantæ revelationis mysterium cœlitus agnovisse. Ecce enim hic jam lætus progredior, cœlorum signa sequor, quod diu differens corde gestaveram, mirandæ visionis arcano maturius aggrediendum esse compellor; sed ne longius res inopinata te duxerit \*, quid viderim patenter expedio.

15 Et prius præsentias hic esse domum Dei, ut felicissimo \* quondam antiquo patriarchæ, et portam cœli \* mihi indigno Christi \* Domini famulo divinitus ostensam \*. Nam mox submissis artubus, subito hic sopore præreptus, cum vix in utramlibet partem vis naturæ quiescentem impelleret, videre mihi videor a supernis, instar nivei candoris, speciem adesse columbæ, quæ post hujus arboris sessum, non incerta quo tenderet, locum hunc præpeti cursu volando præcingit, trinoque gyro æque peracto cœli cacumen tendit. Credo equidem hoc spei conceptæ proficuum a Deo portentum, ut quod erat voto susceptum, jam, cœlo præmonente, sit celerius exsequendum. Sancto hæc pontifice perorante: Me, inquit B. Bercharius, qui sancto viro gremii sui reclinatorium fecerat, quidquid, pater sanctissime, cœlesti prodigio in visione spiritus divinitus tibi testaris illatum, manifesta Dei virtute noveris etiam corporaliter fuisse conspicuum. His igitur alternis ita conserentibus \*, altero quidem quod in somnis senserat, altero vero quod oculis corporeis adspexerat, res in prospectum deducitur, locum illum angelica perlustratione signatum ad agendum divinæ servitutis obsequium mira dispositione a Deo esse quam dignanter electum. Ita vero percepta tantæ revelationis de cœlestibus simul et consolationis gratia certiores utriusque facti, et quod erat ambiguum, loci designatione specialiter edocti, inde ambo consurgunt, ac sic oculos antistes beatissimus in cœlum dirigens, illum protinus tota cordis intentione collaudans, gratias egit, in quem ab æterni Patris secreto Spiritus Sanctus corporali specie \* in columba descendit, ac fluentia Jordanis sacri corporis tin-

ctione in nostrorum ablutionem scelerum cœlo patente beavit.

16 Præcedente itaque in conditionem æterni tabernaculi tanto ac tali auspicio: Tibi, inquit ad B. Bercharium præsul eximius, tuæque industriæ hoc sanctum opus dispono committere, ut quem prudentia et sanctitate perfectum esse non dubitem, principem quoque in constructione cœlestis fabricæ te jure consciscam. Quod vir Domini, ardens ut erat, totis affluens in Dominum visceribus, cui inimica profecto omnis ignavia \*, amica vero indefessa laboris efficacitas, libenter suscipiens tanto amplectitur desiderio, quanta in eo superna gratia meritorum excreverat magnitudo. Et quoniam seipsum jam \* ante Spiritus Sancti templum virtutis effecerat, ipse quoque terrenæ molis pulchritudine templum Domino oculis etiam spectabile fundare exoptabat, confusus videlicet undique tam divino quam S. pontificis in cunctis auxilio. Nam et universis sui temporis Francorum regibus, episcopis quoque ac regni dignitatis proceribus tam gratum acceptabilemque eum certum est extitisse, ut si quid in divinis cultibus seu etiam terrenæ commoditatis opportunitatibus cordi esset, ab eis facile obtineret: quod in consequentibus quoque diligens lector suo loco patenter poterit invenire, si ea quæ diversis temporibus regniæ majestatis ac Francorum principum munificentia sibi concessa fuerint, recensere voluerit beneficia. Quorum videlicet fultus auctoritate et gratiæ, jam maturius componendæ fabricæ negotiis accingitur, copias sumptuum præparat, et universa quæ tanto operi necessaria videbantur sedulus \* operator adsignat.

17 Itaque in supradicti prædio loci quod \* in declivi montis latere (ut diximus) situm, reducto profusius sinu pulcherrimam blandientis amœnitatis planiciem reddit \* atque in prospectu suo subjacentia Maternæ fluminis longe lateque litora circumdespicit \*, mulcenti quadam visionis voluptate compellat, ab antiquo \* Altum villare nomen acceperat, angelicæ designationis spatium, ut cœlitus ostensum fuerat, murorum ambitu jactis fundamentis complectitur, omnesque illius parietes ædificii ad modum columbæ in aere permeantis suspecta permissione metatur. Nec ante divini cultoris opera destitit, donec, superna annuente Providentia, Childerici etiam regis Francorum ac sacri antisistis opitulante clementia, opus quod ad laudem Dei susceperat optata perfectione compleret d. Ea vero arbor, quæ quondam opulentissima fagus \* steterat, in qua columba cœlitus emissa pridem resederat, ac suo gyro situm monasterii volando expresserat, habita liberatione succiditur, et collatis in commune omnium votis in loco cui affixa fuerat, aram in veneratione B. Petri Apostolorum principis statuit. Ad consecrationem vero basilicæ cum S. Nivardo metropolitano pontifice, alii etiam episcopi conveniunt, clerus omnis et numerosæ plebes utriusque \* sexus irruunt, proceres quoque Francorum non minori voto concurrunt et per B. viri Bercharii opus laudabile in Dei laudibus pari omnis magnitudine jocunditatis exsultant. In australi vero ejusdem montis latere, aliam struxit vir sanctus ecclesiam, quam Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi semper Virginis Mariæ nomine decrevit honorandam. Septa etiam monasterii et universas competentis ordinis officinas, ad sectandam vitæ regularis observantiam prudentissime composuit, monasticæ conversationis viros religiosos aggregavit, et cuncta quæ huic ordini commoda judicabantur, diligenter implevit. Co-

D

juata Spar-  
nacum vil-  
lam,

\* fuerat otio-  
sitas A. C.

\* loco jam  
habet di-  
gnum A. C.

E

\* ut fidelis  
A. C.  
in loco, qui  
pro eo quod  
A. C.

\* reddat A.  
C.

\* circumde-  
spici A. C.  
\* addit tem-  
pore A. C.

F

d

\* loco fagus  
habet ibi-  
dem A. C.

\* utrumque  
deest sexus  
A. C.

piosos

A piosos vero prædiorum sumptus sanctissimus antistes, tam ea quæ sui juris esse videbantur, quam quæ etiam, Beato interveniente Berchario, ab ipsis Francorum primoribus obtineri poterant, in necessarios servorum Dei delegavit usus, ut videlicet in eodem cœnobio et merito et numero populus Deo serviens utriusque laboribus augetur.

Alumvillare  
appellatur.  
deest hujus  
A. C.

18 Hæc sunt igitur hujus. B. Patris nostri Bercharii magnorum operum sancta principia: sed adhuc restant ad divinæ obsequium majestatis priorum laborum majora certamina, quæ in hoc postmodum monstrabit opere rerum consequentia. Qui videlicet, cum esset in spiritalis exercitii sublimitate perfectus, in divinæ legis meditatione continuus, temporalem tamen non aspiciens est gloriam, sed mentis puritate jugiter concupivit æternam, nec levi felicitati inclinari nec inani, voluit laude resolvi. Jam vero consummata omni sacri illius templi structura, his duobus sanctissimis viris quanta fuerit immensitas exsultationis, quam grata societas unanimis affectionis, quantus divinitatis amor, quantus vitæ cœlestis ardor; nec sermo capere, nec lingua ullo modo valet explicare.

## ANNOTATA.

a Sparnacus, gallice Epernay, Département de la Marne, ad diœcesim hodie Catalaunensem pertinens; per concordatum anni 1801 diœcesi Meldensi tributa fuerat civitas, olim Remensi cathedræ subjecta. Nomen antiquum hujus civitatis, si fides habenda est Dictionario Geographico Franciæ canonici d'Expilly, erat, Aquæ perennes propter fontes multiplices, unde derivatum Aixperne, analogice cum Aix, Aquæ Sæctiæ, Aix-la-Chapelle, Aquisgranum: unde porro Espernay et Sparnacus; nam id nomen recentius esse insinuat ipse Adso, cum dicit: præcedenti ævo hoc nomen impositum fuisse constat. Ad ecclesiam Remensem locum illum spectasse, habemus e diplomate Caroli Calvi dato anno 845 Kal. Octobris anno vi, regnante gloriosissimo rege Carolo, indictione viii. Actum in pago Andegavensi, in villa Avegio. Vide Flodoardum (a). Illo siquidem diplomate dicit Carolus se Hincmaro archiepiscopo Rhemensi præsentialiter restituere, tum Sparnacum, tum Juliacum: Sparnacum demum, ut habet hic Adso, ex hæreditate S. Remigii provenire, monstrat prolizius ejus testamentum apud citatum Flodoardum (b); quod, quamvis ut spurium rejecerint Majores nostri in Commentario prævio ad Vitam S. Remigii i Octobris (c), fatentur tamen ex omissione prædii Sparnacensis probari mutilum esse testamentum brevius, quod genuinum habent.

b Vide prolizius S. Remigii testamentum in quo habetur: Sparnacus villa, quam datis quinque millia libris argenti ab Eulogio comparavi, tua (sanctissima heres mea) non extraneorum hereditum meorum esse cernitur, eo quod cum criminis accusatione regiæ majestatis idem teneretur obnoxius et se minime purgare posset, non solum ne occideretur, dato jam dicto pretio de thesauris tuis, sed ne pecunia ejus publicaretur, una tecum obtinui; et ideo ut præfata Sparnacus perpetualiter tibi ad restituendum thesaurum stipendiisque tui pontificis deserviat, liberali sanctione firmavi. Videtur igitur testamentum prolizius jam sæculo x cognitum fuisse. Confer Nostros loco citato.

(a) Hist. Eccl. Rem., lib. iii, cap. iv. Biblioth. Max. Pat., t. XVII, p. 549. — (b) Ibid., lib. i, cap. xviii. — (c)

c Paulo aliter eandem visionem refert Flodoardus (d), uti explicuimus Commentarii prævii num. 39 et sequenti; quoniam laudatus auctor seriem fundationis clarius explicat, non ingratum fore lectori arbitror narrationem Flodoardi coram habere: Quadam vero die, ait, veniens de villa Sparnaco, simul comitante secum præfato abbate Berecario, visum sibi est, transito flumine, debere paululum requiescere; sicque caput in sinum sedentis reclinans Berecarii, obdormivit, et visum vidit, scilicet columbam locum sylvæ circumire, et in fago quadam post circumitionem resedissee: idque tertio columbam videt eandem egisse, tumque coelos petisse. Quam visionem sicut ipse in somnis, ita prædictus Berecarius vigilans fertur accepisse. Quo viso, compunctus idem cœpit abbas fundere lachrymas. Experrectus autem beatus præsul a somno, ex lacrymis ejus sibi faciem reperit udam; et interrogans quæ illi causa fletus existeret, accipit eum propter sui ruinam flevisse operis. Invicemque sibi visa referentibus, traditur pontifex hæc etiam cuidam Dei servo, nomine Bavoni, cujus erat ipsa possessio, visa narrasse. Qui oratorium in honore Sanctæ Crucis illic habens, ibi conversabatur. Qui etiam postquam visionem præsulis et ejus agnovit voluntatem, obtulit illi eandem possessionem suam, partem quoque possessionis cujusdam fratris sui, nomine Baldini. Alterius vero fratris, Theoderamni nomine, causam retulit, quod esset scilicet in factione contra Reolum comitem, qui Remensis postea extitit episcopus, pro filiis ejus quos occiderat in ultione filiorum suorum, quos Reolus pro latrocinio, quod exercebant, suspensio necaverat. Unde Dominus Nivardus eum cum Reolo, qui neptem suam filiam Childerici habebat uxorem, pacificavit, et sic ipse Theoderamnus simul cum cæteris fratribus suis eandem possessionem S. Nivardo, commutatione ab eo sumpta, tradidit.

d Quæ ad fundationem Altvillariensem pertinent, discussa vide in Commentario prævio a num. 39 ad num. 44. Subnectimus vero fragmentum chartæ, quæ fundationem Altvillariensem explicat: dolendum vero instrumenti periisse notas chronologicas, quibus controversia dirimi posset: periit enim pars posterior diplomatis, quod e Gallia Christiana (e) hic damus: In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Nivo, sive Nivardus, etiamsi peccator, episcopus, dum omnes episcopi fratres mei etiam et de viris christianis et de bonis hominibus, monasteria secundum regulam sanctorum patrum ædificare non cessarent, petiit nos Bercharius abbas cum fratribus suis, ut ubi talem locellum eis perquirere deberemus in nostra proprietate, ubi ipsi secundum regulam patrum Sancti Benedicti et S. Columbani vivere deberent, et pro nobis die noctuque misericordiam Domini debeant deprecari, ut in futurum veniam de peccatis merear obtinere; sed cum minime hic talem locellum in nostra proprietate inveniremus, qui ipsis monachis ad monasterium faciendum placuisset, repertus est nobis una cum ipsis locellus, qui dicitur Altvillaris in fine Remensi, super fluvium Maternæ prope villam Disiacum, quem a Bavone et Theodoramo de villis Ecclesiæ nostræ concambivimus, unde et ipsa instrumenta ex hoc in archivis Ecclesiæ retinentur; villam quoque Disiacum, cum ecclesia et altari B. Timothei martyris, in cujus parochia situs est Altvillaris locus, eidem monasterio legaliter confirmavimus. Sed sic pensitavit ipse Bercharius

T. I, p. 106 et p. 108, n. 270. — (d) Hist. Rem., lib. ii, cap. vii, Bibl., p. 536. — (e) T. X, Instrum., col. 1.

AUCTORE  
ADSONE.

una cum fratribus suis pro novissimis temporibus ut dum advivimus, ipsum monasterium, quod dicitur Altivillare, quod ego pro aeterna beatitudine, vel pro remedio animae nostrae ad sanctam regulam conservandam aedificavi, in honorem Sanctorum Petri et Pauli, seu etiam S. Joannis, et caeterorum Martyrum et Confessorum, quorum pignora ibidem venerari noscuntur, in nostra potestate debeat esse, ut ipsos monachos melius delectet secundum disciplinae ordinem et regulae vivere, vel quieto residere: et taliter nobis consenserunt de fratribus meis coepiscopis etiam et de comitibus nostris archidiaconis, seu et abbatibus, vel etiam clerus noster Romensis, etiam et de viris illustribus, quorum manibus subscriptiones vel signacula subter tenentur inserta. Confer *Bréquigny, Diplomata, etc. ch. CLV.*

CAPUT III. Defuncto S. Nivardo, perfectoque monasterio Altivillariensi, S. Bercharius Dervum fundat, et injuste occiditur.

B

Defuncto S.  
Nivardo,

**A**t vero cum in his sanctorum operum studiis quam gloriose tenerentur inserti, sanctae exhortationis gratiam per populos infundentes et ad aeternitatis gloriam quaquaversum animos fidelium incitantes, cum jam superna clementia antistitis sui Nivardi vitam laudabilem perpetuae jocunditatis commercio compensare et pro labore brevi palmam decrevisset permanentis rependere gloriae; opere perfectus, virtutibus consummatus, adveniente kalendarum Septembrium die, mortis nexibus absolutus migravit ad Dominum a, beatæ immortalitatis stolam consecutus, Angelorum \* agminibus in illa caelestis curiae dignitate concivis factus, Apostolorum particeps, Martyrum et Confessorum coheres, illius insatiabiliter adpectu fruitur, cujus amorem ab ejus pectore nunquam recessisse certum tenetur; qui licet pro lege carnis debitum solverit humanae conditionis, vivit tamen in gloria perpetuae exsultationis, nostris autem \* illic procul dubio miseris praestantius, si ex corde rogatus fuerit, occurrere paratus, quanto nunc potentius illi summo atque invisibili Spiritui cernitur esse conjunctus, per virtutem universa scientis ipse scius omnium ac exauditor effectus. Ad cujus exsequias corporis tota Remorum civitas ruit, clerus ac populus utriusque sexus convenit, ex vicinis etiam urbibus multi adfuerunt tanti pastoris excessum \* admixtis pio mœrori hymnorum solemnibus obsequiis adsignantes. Cujus quidem corpus diversis populorum catervis constipatum usque ad basilicam S. Remigii a S. Berchario nec non et sanctis pontificibus, qui ea die illuc confluerant, universa \* gregis sui multitudine prosequente, condigno honore defertur, ac excellenti mausoleo condendum, decentissimam ibidem accepit sepulturam, sanctissimo viro Berchario in supradicto Altivillari cœnobio glorioso praesuli superstitute relicto.

20 Qui licet tanti patris fuerit solamine destitutus, nequaquam tamen a cœpti operis intentione desistens \*, subjectorum animos exemplis instruebat et verbis. Locum vero quem edificare cœperat, rebus ac vario decore collustrans, nihil subtraxit industriae, donec ad culmen proveheret perfectionis summæ. Spiritualium enim donorum perfusus rore, vitæ jam consertus Angelicæ, civis caelestis patriæ,

Dogmate justiciæ Christi refovebat ovile, Constituens plebi caelestia templa fidei. Nec minus in magnis flagrans resplenduit actis; Quæ gessere patres, fulti pietate, priores, Optima dans vitæ populis documenta beatæ.

D

Domini namque gratia præeunte, multis miraculorum signis in eo loco claruit, ac supervenientibus diversarum incommoditatum casibus se opponens, multa caelestis beneficii emolumenta populis impendebat; sanitates corporum, salutem animarum. Francorum quoque regibus diverso tempore sibi succedentibus ac palatii optimatibus ita in cunctis erat affabilis, ut, eorum usus pro voto familiaritibus, quæ intenderet, citius obtineret, et in construendis servorum Dei habitaculis sumptus ei et copias eorum largitas pleniter ministraret. Si quis his hæsitans forte manet incredulus, prædicti loci miretur cœnia, adspiciat ædificia, perlustret, diligenter opera: patebit scire cupienti quanti fuerit meriti, per quem Dominus tanta ac talia dignatus sit operari.

21 Rebus igitur tam exterioribus quam interioribus prædicti Altivillariensis cœnobii secundum Dei cultum honorifice ordinatis, jam dictus pater Bercharius corporeæ quietis impatiens, opportuna sibi loca lucrificandi gratia perquirebat. Abinde namque egressus, Dei munere præcurrente, vastam saltus Dervensis solitudinem petere contendit: quo in loco, quæ venerat, intentionis non immemor, ad quædã edificandi cœnobii statum invigilando sollicitè scrutabatur. Hæc igitur inter cogitandum \*, Dei gratia præduce, contulit se ad quamdam matronam, Walfildem nomine, quæ superbo nobilitata sanguine, plurimorum a proavis \* prædiorum affluentia lætabatur: a qua vir sanctus conditi pretii dono emit sibi partem silvæ, eum scilicet locum qui dicitur vulgo Mangis-villare: ibique cellulam ædificans eamque B. Mariæ ad honorem consecrans, puellarum cœtum \* Deo Matrique serviturarum \*, prout posse fuit, diligentissime aggregavit b. Nam viam publicam vulgo Cantillam dictam expectens, pretio a prætereuntibus suscepit captivas puellas \* octo, quas in sancta religione edocens, Deo dicatas ibi manere constituit. Ex hoc igitur, Christi adminiculante suffragio, exerevit numerus virginum adusque sexagenarii cumulum, quibus etiam prædictus pater neptem supra scriptæ matronæ Walfildis solemniter abbatissam præfecit.

22 His quoque rite peractis, secretiora saltus infatigabiliter excutiens, cognoscere summo opere gestiebat, sicubi opportuniore loca edificandi cellulas reperisset: veniens in quemdam locum Lutosas cœnobia, cellam construendi aptum reputans, nimia sollicitudine vota explorare studebat. Hoc igitur propriis viribus nullo modo dignum ducens aggredi, ejus erat hoc prædium potestatis, adiit. Eo siquidem tempore Childericus rex regnum Francorum nobilissime gubernans, libentissime sancti viri petitionibus acquiescebat. Hunc ergo pater eximius adiit, atque sibi ad bona vota consortibus viris Dei amore ferventibus Leodegario et Mummuleno episcopis, Amalrico quoque et Wulfaudo optimatibus, impetravit a rege licentiam ædificandi sibi in eodem loco basilicam, quam B. Martini in honore consecratam prædictus rex Childericus circumquaque ab ecclesia silvæ leuga una \* d benigne donavit. Beatus vero Bercharius neque his contentus, cellulam sibi \* juxta locum qui dicitur Puteolus e, ea in parte quæ nunc Monasteriolum dicitur, ad honorem Beati Mauricii condidit f, sperans aptum se

mona-

et pergit in  
silvam Der-  
vensem,  
E\* eo cogitan-  
te A. C.\* valde loco a  
proavis A. C.\* puellas cen-  
tum A. C.  
\* ejus servi-  
turas A. C.\* puellulas  
A. C.

F

ubi varia in-  
choat cœno-  
bia,

c

\* leugam  
unam ei A. C.

d

e

\* aliam divi-  
na gratia in-  
spirante jux-  
ta

f

a  
\* addit quo-  
que A. C.\* deest au-  
tem A. C.  
C\* addit san-  
ctissimum  
A. C.\* universi A.  
C.S. Bercharius  
fundationem  
Altivilla-  
riensem per-  
fecit:  
\* a divinis,  
cessabat ope-  
ribus, sed A.  
C.



A  
ta locum illum, qui nunc monasterium dicitur, ad honorem B. Martini condidit A. C.

g  
quemdam actum.... honori edificavit A. C.  
igitur loco etiam A. C.  
addit super hoc A. C.  
donec tandem iuxta Puteolum paulo post loco iri reperiatur A. C.

h  
B

deest aliquo A. C.

cum oculis nostris A. C.  
deest cum accensa A. C.  
subputamus A. C.

addit Cum A. C.

C

aptum monasterio locum invenit :  
i k

l  
m

emerat A. C.

monasterium ædificandi locum reperisse. Verum cum hoc etiam sibi habile non videretur, super fluvium Vigeram quamdam ecclesiam S. Sulpicii honori dicavit \* g. Neque ibi etiam \* statum cœnobii aptum fore ducens, mente pervigili ut sapiens architectus \*, eum qui petentibus se adesce comprobabat, dare votis congrua loca poscebat.

23 Quodam igitur tempore, cum jam divina clementia ulterius famulantis animum per diversa distrahi nollet, præcurrentibus indicibus locum votis congruum iri repertum \* dedit. Nam abdita silvæ perlustrans, casu quemdam ad locum devenit, ubi pastores subulcos reperit : quos blande allocutus, aureique illos numismatis munere donans, poposcit ostendi sibi quæ habiliora aliquando silvas circummeando ad habitandum loca pervidissent, dicens sibi animum esse, ut congruo habitandi loco extirpando silvas cœnobitarum tabernacula designaret : se quidem diversa tentasse, sed nullo penitus loco commanendi habitacula fida invenisse. At illi, præmio accepto, talibus animi votis sancto viro responderunt : Nos quidem cum fides teneat firma, munerati tuis ad vota processibus parere decrevimus h, locumque habitandi habitabilem pro nostro scire ostendere parati sumus : nam persœpe inibi silulos greges jam desperati invenimus, nec seductos aliorum spes est requirere porcos, cum illum semper absque aliquo \* ductore perditus suos expetant locum.

A. lest quoque ibi, domine pater, quædam non ignoti miraculi fagus, subter quam luminaria sæpe \* cum accensa \* absque hominum accessu viderimus, divini aliquid fore suspicamur \*. Nunc, inquit B. Bercharius, ocus præite, tantique præ sagii loca significare, meque consequentem jamjamque diu suspensum animo æquiore reddendo, tanta curarum mole absolvite. \* His dictis, prædictus Pater ad locum properat fidem dictorum excepturus ; nec inaniter ferens testimonium pastorum divinitus credidit factum esse miraculum, et a Deo sibi locum ostensum, qui non pateretur servum suum diversis intentum, proprio labore frustrari. Nam qui eo cœtum bonorum executione operum pollentem adunandum prænoverat, digne tali præ sagio initia operum beati viri præsignavit : qui locus duobus integris milliariis a præfato loco, qui dicitur Puteolus, disparatur. Ibi ergo B. Bercharius multo labore silvis radicibus erutis, cœnobii ædificandi statum prælegit. Exinde ad palatium progreditur, regis super hoc negotio clementiæ supplicaturus.

24 Auxiliantibus vero sibi per divinam gratiam, ex cuius desiderio ista agebat, S. Leodegario i episcopo et Almarico Majore-domus k, Fulcoaldo quoque et Wulfaudo, Nivardo etiam et Atelano l episcopis, impetravit sibi dari a rege silvam ex suo fisco, qui vocatur Vassiacus m, in circuitu præfati loci, sicut ex auctoritate regia tenetur exterminatum, unde sumptus habere valeret ac prædia ad cœnobium constituendum. Cum etiam Deo disponente ad plurima sibi rex libentissime faveret, ad hoc usque processit, ut aulam sibi decenti ornata, ut regiam decebat majestatem, in loco qui dicitur Puteolus fabricatam, ubi causa venandi crebro adventare consueverat, dono ei concederet : unde ipse domnus Bercharius ecclesiam Deo in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli consecrandam construxit, quam ex præfato loco Puteolum appellavit. Sanctus vero vir quando supra memoratas puellas emit \*, simul cum ipsis pretio suscepit viros octo captivos, quos in sancta religione edocens, primos in eodem loco monachos constituit. Multi vero sanctam con-

versationem illius ac religiositatem admirantes per ipsius exhortationem Deo favente, qui neminem vult perire, relinquentes omnia quæ in sæculo habere videbantur, sub monastica norma et sub doctrina sancti ipsius patris Deo se mancipaverunt. Ipse ergo aquam ad ipsum cœnobium de longe perduxit, officinas ad omnia necessaria paravit, habitacula quoque puellarum ordinate disponens, Hierosolymam adiit sacrasque plurimum Reliquias impetravit, tabulasque eburneas optimas secum deportavit ; sicque Romam multoties adiens, plurimorum \* Sanctorum Reliquias detulit, et honorifice cum episcopis in præfatis locis conservandas condidit : in quibus locis suffragantibus illorum Sanctorum meritis, quorum Reliquiæ ibi \* delatæ sunt, præstante Christo, \* uberiora fidelibus populis beneficia largiuntur.

25 Tantis igitur laborum certaminibus in hujus mundi stadio pro vitæ celestis bravio transcursis, cum jam Dominus operarium suum digna donare mercede disponderet, resolutionis corporeæ imminens tempus ante dedit agnoscere. Nam jam Paschali instante solemnitate, feria quinta, qua Cœna Domini habebatur, gregis sibi commissi pater sollicitus monasterium puellarum devote adiit, pro more fidelium præcepta Domini expleturus. Inter igitur multa exhortationum verba et consolationum affamina, hoc quoque eis prædixit quod de resolutione proprii corporis divinitus sibi notificatum manebat. Scitote, filioli, superna instante vocatione, me in hoc ulterius corpore manere nullo modo posse ; nec mœreatis \* quasi pastorem ablatum, cum vos æterno custodi regique sponsatas certa cordis devotione teneatis fixum. Nullo igitur corporeo ex me adiutorio amplius sustentandas, celesti rectori ut proprias commendo filias. Ad harum ergo consolationum affamina cum vehementi ululatu erumpentes in lacrimas, pater sanctus dolore verbis exhortationum mitigans, valedicens eis et benedicens abscessit. Cum psalmis autem et hymnis peractis omnibus, ad cœnobium redeundi iter aggre ditur, eadem monachis, pauperibus et peregrinis facturus.

26 Inter ordinandum \* igitur plurima, forte accidit, ut filiolum suum quem de sacro fonte susceptum monachum esse statuerat, Daguinum nomine, exigentibus culpis suis, verbere increpationis, ut moris est, feriendum decerneret. Nam hic, ut postea claruit, pessimus et flagitiosus, fronte polita sub ovina pelle rapacis contegebat gestamina belluæ. Itaque ex merito suæ iniquitatis, diabolo cum Juda proditore traditus, indigne ferens doctrinalia patris objurgamina, intumescens mascula sub pectore bili, contendit insanus sanctum virum \* injustæ tradere neci. Denique cum beatus pater diurno anxietatis labore non modice fessus, una cum fratribus lectulo reclinatus membra sopori dedisset ; quia odium incurrit, qui arguit criminosos, idem filius satanæ armis impietatis armatus, postquam eum fessum soporatum credidit, irruens in eum mortali vulnere attentavit. Nam cultello illum rabidus ferit, et patris sanguine manus proprias impudens filius maculavit. Arreptum vero Daguinus \* quo Sanctum percusserat ferrum, reatus sui conscius in piscinam, quæ intra claustra monasterii tunc temporis habebatur, quam citissime potuit, velut occultandum dejecit. Videres tunc laticem velut tanti sceleris cognitorem, ferrum in se receptare expavescere. Mox enim, ut aquam tetigit, velut levissimæ pluma materiei super aquas mirabiliter natavit ; ipse autem homicida amens factus eccle-

ACTORE  
ADSONE.

\* addit inde  
A. C.

\* illo A. C.

moritur

E

\* iugatis A.  
C.

occisus a Daguino monacho,  
\* in ordinando A. C.  
F

\* addit se A.  
C.

\* deest Daguinus A. C.

siam

AUCTORE  
ADSONE.

siam petiit, cruentisque manibus signum pulsare cepit.

ui ignoscit:

27 Fratres vero ut audierunt signum inconsueta hora, cum magna admiratione surgentes, et sanctum virum interfectum audientes, ad lectum illius cucurrerunt; sed adhuc anxietate nutantem \* in eo spiritum reppererunt. Comprehensum igitur prædictum Daguinum fratres sancto viro obtulerunt, scire cupientes quid de admissio tanto scelere severitas clementiæ ejus judicaret. Denique sanctus pater verborum Domini non immemor, quibus Patri pro persecutoribus supplicavit, dicens: « Pater, ignosce illis quia nesciunt quid » faciunt, » clementer remisit illi, quam in se exercuerat culpam. Deum tibi, frater, inquit, poenitentialiter placabilem fieri studeto: nam quantum ad me attinet, omni te liberum impietate remitto. Romam ergo, filii, progredere, ut te hoc scelere immunem exhibeat qui ligandi solvendique potestate suscepta, diversis morborum generibus subvenit corporis umbra \*. Egressus igitur Daguinus, ex præcepto beati viri Romam petiit; unde postea non est reversus.

\* divina clementia A. C.

B

sepelitur in Dervo.

n

28 Beatus vero Bercharius diutissime angore vulneris morbidus, tandem carne solutus n, cœlestis vitæ gaudia, exultanti spiritu, felix petivit. Ad tanti quoque viri obitum viris undecumque religiosis confluentibus, sepultus est quodam loco extra cœnobium, multis inibi Deo donante miraculorum pollens effectibus. Sed cum jam Dominus ulterius Sanctum suum occultare nollet, ex præfato cultelli miraculo ceterisque ad tumulum sancti viri ostensis, servis Dei visum est, inde corpus Beati Patris debere transferri, ac \* illi inde translatum tumulaverunt retro altare in basilica SS. Apostolorum Petri et Pauli, quam ipse vivens ædificaverat; ubi suffragantibus ejus meritis, multa tribuuntur dona populis. Ex cujus sepulchro longo post tempore oleum pullulans in vas ad hoc paratum visum est defluxisse, cunctis morbo obsessis nimium salubre. Hujus igitur, quia peccatorum pondere prægravati summa operum adsequi propriis viribus nequaquam præsumimus, ejus qui dixit: « Sine me nihil potestis » facere, » imploremus auxilium gratiæ, quatenus, qui merito peccatorum deprimimur, dextera virtutis suæ sublevemur, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

\* at A. C.

C

#### ANNOTATA.

a In Commentario prævio num. 51 monstratur S. Nivardus superstes per plures annos fundato monasterio Altvillariensi.

b Is locus ad nostra usque tempora retinuit nomen Puellaris monasterii, Puellémontier, estque nunc in diocesi Lingonensi, parœcia succursalis sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis consecrata, et 511 incolas capit (a).

c Hodie Louze, parœcia pariter succursalis incolarum 781; cujus patronus adhuc est S. Martinus (b): neque confundendus hic locus cum suo homonymo Lutosa, Leuze, hodie in diocesi Tornacensi.

d Lengua seu Leuca apud antiquos frequentissime sumitur pro spatio 1500 passuum seu pedum 7500. Vide Glossarium du Cange verbo Leuca.

(a) Annuaire du Dioc. de Langres, ann. 1838, p. XL. — (b) Ibid. — (c) Ibid., p. XL. — (d) T. I Octob., p. 355. —

e Locus ab antiquo jam ad prædium rusticum redactus, hodie la ferme de Pussy. Vide d'Expilly, Dictionnaire Géographique de la France, article Joinville.

f Duplex mihi occurrit locus circa Dervense cœnobium quod monasteriolum dicitur: alterum quod Montreuil-sur-Blaise, alterum quod Montreuil-sur-Thonnance appellatur; sed neutrum, quod sciam, patrocinio S. Maurilii gaudet; cum hoc Dei Genitricem, illud S. Margaritam titularem habeat (c). Unde non improbabile mihi videtur hic magis indicare locum dictum Ville-en-Blaisois vel Ville-en-Bois, qui patronum habet S. Mauritium, et toparcham habebat abbatem Dervensem; erat præterea prioratus a Dervensi principali cœnobio dependens. Vide la Martinière Dictionnaire Géographique verbo Ville-en-Bois. Utrum vero vicus qui Montreuil-sur-Blaisois appellatur, nec multum distat, antiquum monasterioli nomen retinuerit ex hac S. Bercharii fundatione, non ausim pronuntiare.

g Aliam in hac vicinia sub invocatione S. Sulpitii ecclesiam dicatam non invenio, quam in Louvemont, vicus qui super Blesam (la Blaise) non super Vigeram (la Voire) situs est. Non credo tamen, licet codex Aquincinctinus optimæ notæ nomen fluvii expressum non habeat, de illo loco hic agi: nam lib. II Miraculorum num. 21 dicitur ecclesia S. Sulpitii juxta viculum, qui dicitur Tiliolus, quem Thilleux ad Vigeram interpretor. Ecclesiam vero S. Sulpitii destructam opinor ex iis quæ infra citato numero 21 narrantur.

h Satis discrepat Aquincinctinus codex, qui habet: Voce, ut erat, supplicii venerabilis miles Christi, succensus igne Spiritus Sancti, diligenter poposcit, ut sibi locum ad cœnobium faciendum aptum ostenderent, si quem forte lustrando sylvas ad hoc idoneum alicubi invenissent. Se quidem dicit diversa tentasse, sed nullo penitus loco commanendi habitacula fida invenisse. At illi præmio accepto, talibus sermonibus sancto viro respondent: Nos quidem per vasta hujus sylvæ devia pro officio nostro persæpe euntes, plurima in eadem conspeximus, locumque....

i S. Leodegarii Acta vide ad diem II Octobris (d).

k Perperam Almarico tribuitur dignitas majoris domus Childerici II: cum id officium gesserit Wulfaudus, ut constat tum ex ipsis litteris Dervensis fundationis citatis Commentarii prævii num. 47, tum ex Chronico Sigiberti Gemblacensis (e) et aliis.

l Atelanus episcopus, quem alii Azelanum et Telanum scribunt, idem videtur ac Attila, Laudunensis episcopus, qui apud Flodoardum lib. II, cap. VII (f) legitur cum S. Nivardo quasdam res commutasse pro utriusque partis opportunitate.

m Vassiacus, hodie Vassy, caput olim pagi Vallensis (le Vallage), nomen sortiti a vallibus amœnissimis: pagus Vallensis finiebatur ad septemtrionem pagis Catalaunensis et Perthensi, ad orientem Barrensi, ad meridiem Bassiniacensi, ad occidentem Campania proprie dicta. De la Martinière, Dictionnaire Géographique Article Vallage. Hodie caput est districtus præfecturæ Matronæ superioris, (Arrondissement du Département de la Haute-Marne); subest in spiritualibus episcopo Lingonensi.

n Passionis adjuncta vide Commentarii prævii num. 69 et sequentibus.

(e) Ap. D. Bouquet t. III, p. 343. — (f) Bibl. Max. Patt., t. XVII, p. 535.

LIBER

A

## LIBER SECUNDUS.

*De diversis casibus Dervensis cœnobii et miraculis S. Bercharii, auctore anonymo. Ex editione Surii Vitæ SS. collata cum Promptuario Nicolai Camuzati et codice Ms. Aquicinctino.*

## CAPUT I. Casus Monasterii Dervensis sub Carolovingis.

Occasio scriptio- nis.

Adsonis

B

a

Dervum de- formatum

b

C

Instaurat Odo Abbas Stabulensis.

\* proditi- nis Camuzati

Hujus anterioris executionem operis divinæ dignationis ordinatione ad memoriam informandam posteriorum, insignis prudentia solertissimi \* Assonis abbatis sæpe denominatæ ecclesiæ Dervensis luculentissimo sermone nobilitavit : ea ut prætulit intendens prosequi, quæ qualicumque modo notata a successoribus sive discipulis sanctissimi abbatis et Martyris Bercharii, ætati ejus potere perferri. Quæ vero post obitum beati viri ipsius meritis divino beneficio compensata se relaturum promiserat, minime explicuit, relinquens etiam intacta adnotatorum plurima, scilicet impedimentis diversarum actionum perturbatus, maximoque eventu festi obitus interceptus : unde nostra ætas hæctenus obnubilatur inscitia miraculorum almi prius sæpissime denominandi Bercharii, quæ innumeris ante volutis temporibus vel ad ejus tumulum, sive per diversa loca ipsius nominis invocatione divinæ sublimitatis operatio mirifice præstiterat a. Hæc intuli minime derogans vitæ simplicitati, aut affectans fastum modernæ adulationis, sed ne obloquatur alicujus levitas, quod ante venerabilis Assonis tempora, sit muta omnis nostra antiquitas : quod contigit non tam incuria et scriptorum raritate, quam irruptionem gentium barbara feritate, seu etiam crebra inter se populorum vicinorum concertatione.

2 Nam haud longe post transitum gloriosi Martyris, exorta altercatione inter Ragafredum Carolumque, qui ob nimiam et Christianis temporibus antea invisam inquietudinem, Martellus vocitatus est b, innumeris nobilibus pene aporiatis, ecclesiæ plurimæ sunt ad nihilum penitus redactæ, distributis earum possessionibus, mancipiis quoque ac sacerdotalibus vasis et rebus, secularia arma et intestina bellorum negotia tractantibus. Hujuscemodi perturbationis eventu compulsi sunt fratres supradicti Dervensis loci cum monastico habitu militaria arma arripere, decerentes proprio arbitrio sibi suisque posteris opprobriosa fœditatis dedecus adscribi, si causa talis exercitii paterentur se perpetuo privari possessionibus rerum variæ opportunitatis, procuratore Beati Bercharii eorum stipendiis diversis in locis delegatis. Hac occasione habitu potiti incongruo, primo a sacri ordinis tramite expeditionibus studendo, deviare, demum, ipsa etiam vestimenta propria, velut armorum impedimenta monstruosa habentes, ægre pati cœperunt : sicque priori paulo melius adjicientes consilium, spretis cucullis, clericalibus sese indumentis operuere, judicantes se decentius eo ornamento Deo omnipotentis mundanis quoque studiis famulari.

3 Tali modo magnificentia ipsius loci facie mutata, pessumdari atque in deterius labi variis impulsionibus cœpit, donec miseratione divina et meritis Beatissimi protectoris nostri Bercharii, rumor tantæ perditionis \* attigit aures Augusti

Ludovici. Hic adeo omni bonitatis luce refulsit, ut jure proprium sibi Pii nomen adsciverit, cujus prudentissimis consiliis assidue intererant sacerdotes sanctissimi, abbates etiam religiosissimi, inter quos spectabilis vitæ honestate, omnisque scientiæ probitate habebatur Odo c abbas loci, quem Stabuletum vocitatum, anterioris textus descriptio prælibavit exstructum a Sancto Rema- clo pontifice, cujus conditioni felix Martyr Bercharius quondam tradidit imbuendos primævos flores suæ adolescentiæ, relinquens eo loci conspicuum memoriale proprii tyrocinii. Cum itaque rex memoratus, ecclesiarum Dei cultum variis tribulationibus depravatam, satageret in melius restaurandum reformare, regalis decreto consilii, supra nominato abbati curam delegavit Dervensis cœnobii : quo ejus industria, quiret capessere idem locus alimenta et monumenta priscae institutionis ac nobilitatis, quam plurimam extitisse etiam annales regii testabantur. Itaque dominus Odo abbas venerandus, memorandæ operationis executione suscepta, pontificum ac coabbatum collegio fultus, præfatum locum adiens, religiositate omni ab ævo proturbata, fratribusque sui ordinis strenuissimis inibi ordinatis ecclesiæ prædia sive xenia, innumeris casibus profligata, regia simulque \* pontificum auctoritate distributa, etiam pretii maxima quantitate usibus fratrum restituit : perquirens prisca privilegia, imperiali, ut decuit, munificentia roborata : nec destitit donec ad unguem polita cuncto Francorum orbi refulsit religio ipsius loci.

4 Ipsis quoque ejusdem loci fratribus, haud defuit specialis provisoris Bercharii conspicua virtus, qua eis suam coelitus adesse magnificam notificaret præsentiam. Instante etenim annua solemnitate natalis Sancti Remacli pontificis venerandi d, rectores delegati procurationis ejusdem cœnobii, inter multa prædicamenta sacrae doctrinæ, etiam mirificos actus pretiosi Confessoris Christi, subditorum sæpissime inculcabant memoriæ : quibus accensi fratrum animi, pari voluntate cuncti spondent in ipsius vigiliis sese celebrem Sancto Berchario peragere noctem. Interea evenit, Deo favente, pridie ipsius celebritatis, adesse ibi quemdam contractum omnibus membris, adeo ut viderentur femoribus plantæ pedum ipsius conjunctæ, isque magnarum conatibus precum cœpit insistere, ut pernoctando in eadem basilica, foret sibi licitum Dei expectare auxilium, dicens sibi coelitus notificatum, quod in ecclesia Beati Martyris, festoque die S. Confessoris esset sibi initium optatæ sospitatis. Fratres vero hoc audientes, multo magis exhilarati, concedunt supplicanti omnem opportunitatem, ut poposcerat, pernoctandi. Celebrata itaque synaxi completorii, capessentibus fratribus quietem primi somni, æger repentinis clamoribus, æditus templi ac cunctos excitat fratres quiescentes in conclavi dormitorii. Surgentes autem subita perturbatione stupefacti, intrant, ut ita dicam, invitati ad peragenda solemnia nocturni officii : ritique peractis omnibus, adeunt inspicere mirabile factum, scilicet membra contracti restituta in integrum statum.

5 Inde nimium, ut optaverant, lætificati, iterum excitantur ad repetendas laudes omnipotentis Domini : reddentes altisonis vocibus supplicia vota, super prædictorum Sanctorum consolatione piissima. Interrogatus vero ægrotus, quid illi visum fuisset, qua hora clamor ejus eorum insonuit auribus, retulit vidisse se quemdam angelici vultus ac habitus ecclesiam ingredientem, eique

manum

AUCTORE ANONYMO.

c

E

\* insimulque Aquicinctinus codex

S. Bercharii ope sanatur

d

F

contractus.

AUCTORE  
ANONYMO.

manum porrigentem, cujus visu in pedes constiterat, non sine nimio angore nervorum et vertibulorum. Itaque sospitati redditus, qui ante aliorum fuerat subvectus auxilio, propriis jam gressibus cepit iter carpere gratulabundus, relinquens eo loci stuporem ingentis miraculi, cum maximo studio ac dilectione monastici propositi. Hoc modo primæ exorbitationis Dervensis cœnobii meritis gloriosi Martyris Bercharii statu in melius reformato, per plurima temporum volumina sacræ religionis tramitem, et antiqui decoris inflexibiliter tenuit gloriam. Sed tranquillitatem tam jocundæ pacis multis abusive vertentibus in augmentum impietatis, rursus severitas animadversionis, Hunnorum rabiei exponit depopulationem Christiani populi: maxime, addictis stragi Neustria, et pleraque parte Gallici regni. Tempora hujusemodi infelicitatis impediabantur regimine Caroli Junioris, qui Simplex ferebatur nomine, non tam innocentia quam ignavia omnis rei civilis ac militaris, omnino referens mores Ludovici genitoris, qui ob nimiam vecordiam vocitatus est Nihil faciens e.

e  
B  
Normanno-  
rum metu

6 Imperium ergo hujus, quippe justo Dei iudicio, instigatus, parvipendens, Hunnorum exercitus, quaquaversum debacchando insignes funditus evertens urbes, gladiis et incendio orationum domos plurimarumque gentium delevit populos. Itaque tam immanis crudelitatis frequentibus nunciis territi fratres supradicti Dervensis cœnobii, erumpentibus etiam ab occiduis partibus Astingo duce Wisigotis, qui et Normanni, communi concilio, ut audierant aliarum greges ecclesiarum, decernunt, sumptis secum ossibus Beati Bercharii, fuga perquirere latibulum, hocque statuunt circa ripas Araris fluminis: quæ regio ipsis temporibus ferebatur immunis omni inquietudinis regimine Rodulfi, filii nobilissimi Richardi Burgundiæ ducis, qui iusti tenax, ejusque famosissimus ultor extitit. Cum itaque deliberatione habita, fratres satagerent in quodam domicilio res ecclesiasticas, ac suas qualescumque involueris componere sarcinulas, cruciculum quamdam, a tempore S. Bercharii eidem loco venerabilem, secretarius monasterii suspensam parieti ejusdem domicilii alio recurrens oblitus, ad horam reliquit, cum repente ignis inibi accensus congeriem stipularum sibi vicinam, nemine advertente, corripens, flammis in tantum domum replevit, ut ingrediendi omnis abesset facultas. Fratres vero undique concurrentes incendium domicilii utpote discessuri parvipendentes, in commodum patrocinii sibi a Sancto Martyre relictis ac multa \* tempestatum discrimina eatenus reservati, lachrymabili gemitu, culpis propriis exigentibus, se admisisse deflebant, querimoniosis vocibus flagitantes id sibi vel ad solatium suæ \* exultationis a Beato patrono reddi.

C  
\* permulta

\* forte exultationis  
aufugium  
Dervenses in  
Burgundiam,

7 Nec defuit pii patris presentia, solaturus moestissimos solita clementia: nam consumptis in incendio contignatione parietibusque domatis, super prunas ardentis crucicula adeo reperta est illæsa, ut etiam tenue ligamentum auro textam, quo hactenus suspensa, a vi ignis fuerit omnino incontaminatum. Hoc fausto omine exhilarata fratrum mœstitia, eximii protectoris sibi adesse munimen sentientes ac spem quandoque remeandi nacti, alacriores deliberata petiere loca refugii. Quanta vero quibusve in locis hic pater sanctus divina dignatione miracula gesserit, nulla nostræ memoriæ retulit scedula vetustatis antiquæ: tantummodo innumera priscorum adstipulatione, priores nostri nobis testati sunt extitisse, tam per

spatia itineris, quam in loco destinata mansio- nis. Quorum rumore celeberrimo accensus memoratus princeps Rodulfus, suscepturus insignia totius Francorum imperii, supplex locum ipsum Reliquiarum B. Martyris adiit, se suamque felicitatem ejus committens suffragiis: multisque donatum muneribus, fratrum necessitates plurimis relevavit largitionibus et eos benignissime consolatos, spem propere ac prospere remeandi, Dei Sanctive Martyris auxilio, et sui laboris juvenamine repromisit; quod feliciter, Deo favente, contigit. Nam idem memoratus princeps, laturus auxilium præfata calamitati, imperium Francorum subiit, nequaquam tyrannice, sed divina pietatis prædestinatione ob meritum suæ probitatis, electus a pontificibus proceribus totius Gallici regni ad effugandam inde rabiem paganæ perversitatis. Ejus itaque formidine potestatis, protinus exterita omni feritate barbarica, restaurata tranquillitate pacis, repedandi ad propria capessunt audaciam, qui ob metum paganorum dispersi, diversa petierant loca exilii.

8 Grex quoque ecclesiæ Dervensis, juncto sibi cœtu fratrum Fossatensis cœnobii, qui metu supra memoratæ interneconis eo confugientes devexerant secum ossa Confessoris Christi Mauri f, pari consilio aggrediuntur iter repatriandi, pariter incedentes, simulque divina celebrantes officia, donec itineris progressionem attingerent, quo ab invicem discesserunt, fines Dervenses atque Campaniæ. Igitur adventui pretiosissimi Martyris occurrentibus cum plurima turba sacerdotum clericorumque multis, ac ejus familia quaquaversum dispersa undique recurrente, excipitur eximius protector patriæ liminibus templi, quod vivens exstruxerat in honore SS. Apostolorum Petri et Pauli. Hoc longa solitudine inculum, tribulis etiam et vepribus circum altaria horrentibus, comentes undique fratres famulique cum gloria magnæ laudis iterum in eo recondunt ossa pii pastoris xvii kalend. Novembris. Hic dies eo loci celeberrimus habebatur ab antiquo, anniversario dedicationis ejusdem basilicæ operationis B. Bercharii ipsius Dei ordinatione consecratæ in honore ac nomine S. Salvatoris. Geminata itaque præscripti diei solemnitate, auctoritate presentium sacerdotum decretum est, perpetuo celebrari ipso die natalis \* passionis gloriosi Martyris Bercharii, quam constat evenisse instante festivitate paschali, ob quam rem manebat incelebris more Christianæ religionis. Hinc inolevit jocunditas hujus præclaræ celebritatis, qua hactenus exilarantur tempora nostræ ætatis.

et pulsis hostibus, redierunt Dervum.

natale A. C.

## ANNOTATA.

a In Commentario prævio num. 17, exposuimus, quo tempore et qua occasione Anonymus Dervensis librum de Casibus Dervensis cœnobii et miraculis S. Bercharii conscripserit.

b Quæ bella inter Ragafredum seu Ragunfredum majorem-domus et Carolum Martellum exarserunt ab anno 716 ad 724 refert Fredegarii Chronicon continuatum part. II, cap. cvii (a). Cæterum satis notum Carolum Martellum dictum, non ob savitiam in monachos, sed ob victoriam de Sarracenis (b).

c Odo, aliis Hautho aut Audo, decimus sextus a S. Remaco fuit abbas Stabulensis et Malmundariensis. Merito habetur ut instaurator Dervensis cœnobii, ut liquet e diplomate dato a Ludovico Pio et Lothario imperatoribus, quod hic damus ex Collectione Historicorum Franciæ (c): In nomine Do-

(a) Ap. D. Bouquet, t. II, p. 453. — (b) Cfr Chron. Aimardi, ap. D. Bouquet, t. II, p. 574. — (c) Ibid., t. VI, p. 552.

mini

A mini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, Hludowicus et Hlotharius, divina ordinante providentia, Imperatores Augusti. Si petitionibus servorum Dei justis et rationalibus divini cultus amore favemus, superni muneris donum nobis a Domino impertiri credimus. Idcirco notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, presentibus scilicet et futuris, quia adiens serenitatem culminis nostri vir religiosus Hauto, abba ex monasterio, quod vocatur Puteolus, quod est in Dervo constructum, in honore Beatorum Petri et Pauli, suggestit mansuetudini nostræ, eo quod prædictum monasterium, ubi ille Dei cultor abba præest, aptum esset ad monasterium regulare, quia non solum idem locus, ubi præfatum monasterium fundatum est, verum etiam et omnes adjacentias congruas haberet servis Dei monasticam vitam degere volentibus. Nam et privilegia qualiter ipsum monasterium ad monasticum ordinem perficiendum fundatum esset; et præcepta regalia nobis ostendit, ubi liquido apparuit, quod antiquitus regulare monasterium fuisset. Nos vero hanc rem diligentius scire volentes, jussimus venerabilem virum Hebonem Remensem archiepiscopum et aliquos ex suffraganeis suis ad prædictum locum ire, et diligenter intueri, non solum si ipse locus aptus esset ad monasticum ordinem observandum, verum et utrum clerici ibi degentes monastice vellent vivere, an non. Illi vero nostris jussionibus obtemperantes, sicut nobis prædictus Hebo archiepiscopus renunciavit, et aptum locum invenerunt ad normam regularem custodiendam, et clericos ibi degentes sponte vitam monasticam sicut illis professi sunt, suscipere et perpetuo observare velle. Sed ut prædictus ordo monasticus in eodem loco nostris et futuris temporibus, ad nostram successorumque nostrorum perpetuum eleemosynam digne observaretur, et monachi per tempora degentes secundum regulam S. Benedicti vitam degerent; prædictus Hauto abba precibus, quibus valuit rogavit, ut nostrum confirmationis præceptum idem monasterium habere mereretur, sicut cætera monasteria monachorum in regno, Deo propitio, nostro habere noscuntur. Cujus petitionem justam et rationabilem judicantes, per hos imperiales apices nostros præcipimus atque jubemus, ut abhinc in futurum prædictum monasterium sub monastico ordine persistat, et monachi ibi degentes sub regula S. Benedicti, Domino sibi adjuvante, perenniter vitam ducant monasticam. Et quando quidem divina vocatione prædictus abba ab hoc sæculo migraverit, quamdiu ipsi monachi inter se talem eligere poterint, qui illis secundum regulam præesse et prodesse possit, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant eligendi abbates; quatenus monachi per tempora ibi degentes, pro nobis, conjugibus ac liberis nostris, seu totius regni nostri stabilitate Domini misericordiam indesinenter exorare delectentur. Et ut hæc nostræ auctoritatis præceptio et confirmatio per curricula annorum inviolabilem atque inconulsam obtineat firmitatem, manu propria subterfirmavimus, et anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Hludowici gloriosissimi Imper. signum Hlotharii serenissimi Augusti. Durandus Diaconus ad vicem Fredugisi recognovit. Data II Id. Feb. anno, Christo propitio, XIV imperii Domini Hludowici piissimi Augusti et Hlotarii V, Indictione V. Actum Aquigrani palatio regio, in Dei nomine feliciter.

(a) Acta SS., T. I. Januar., p. 1059, n. 40.

d Num fortassis ab Odone introducta solemnitas S. Remacli fundatoris Stabulensis occasio fuit, ut diceretur S. Bercharius eundem habuisse institutorem? Nam quod dubiis verbis edixerat Adso in Vita num. 6, hic aperte enunciatur.

e Ex his videre licet, quo tempore hæc Dervensium migratio accidit: Carolus simplex, filius Ludovici II dicti Balbi, sceptrum Franciæ tenuit ab anno 893 ad 929.

f De S. Mauri translatione in Burgundiam vide ejus Acta ad diem XV Januarii (a).

## CAPUT II. Instauratio cœnobii Dervensis, et abbatum series.

H is succincte prælibatis, ocyus exaretur series inertium hæc subsequendum temporum, quæ adeo obnubilavit inscitia negligentiaque sacri ordinis, ut cœnobitæ istius de quo tractamus loci, publice intra claustra monasterii uterentur conjugibus, nuptiarum solemnia celebrantes, undique generos ac soceros adsciscabant; distribuentes generis ornamenta vel prædia, undecunque bonorum studio summo labore antiquitus comparata. Hinc ad tantam pervenire rusticitatis ignaviam, ut spretis militaribus expeditionibus, conspectuque regalis ac sacerdotalis conventus, non tam zelo sacri ordinis, quam voluptate desidii otii maluerint irrecuperabiliter amittere distribuendam vicinis militibus summam mille quingentorum et quinquaginta mansorum cum opportunitate ad ipsos pertinente, videlicet, sylvarum, pascui et agriculturæ. Abbatum tamen sibi faventium subiacebant domino, quorum quia infanda monumenta, etiam nomina a nostra sunt abrasa memoria a, excepto eorum penultimo domno Alardo, cui successit lues tantæ perversitatis domnus Benzo, juste ab ipso deturbatus cœnobio. Hujus itaque expulsio, ac ejusdem monasterii iterata Omnipotentis prædestinatione interius exterius restauratio, ut liquidius pateat, supra memorati excellentissimi regis Rodulfi memorandorum gestorum referantur ad medium maxima præconia. Regulam etenim sanctissimi patris nostris Benedicti adhuc inaudita hominibus Francorum imperii b, solertissima industria istius principis, jubar suæ claritatis plurimis infudit Ecclesiis. Qui vero ipsis temporibus qualecunque præferebant monasticum schema, famosissimi quondam Luxoviensis nominis sese tuebantur consuetudine aliquantula.

10 Sed rex prudentissimus ad decoranda jura sibi a Deo collati regiminis, ut justitiæ sectator insuperabilis, ita ecclesiarum existens instaurator inflexibilis, nequaquam passus umbraticum monachos gestantes habitum, absque aliqua ulterius aberrare doctrina, cœnobium Floriacense, insigne Reliquiis corporis piissimi patris monachorum Benedicti, corrigendum tradidit S. Odoni abbati monasterii Cluniacensis c. Gloriosus autem abbas locum prædictum, ut in gestis ipsius legitur, sibi a S. Benedicto adoptatum religiosissime ordinans, libellum regulæ ejusdem patris, primus eidem loco intulit. Tanta postmodum rei celeberrima fama excitatus domnus Gauslinus, Leucorum urbis pontifex d nobilissimus, prædictum locum adiit, inspecturus rumore ad se perlatum ordinem religionis, indeque remeans, sollicitus gregis a Deo sibi commissi, descriptionem omnis monasticæ conversationis quam inibi religiosissimam inspexit, supradictam quoque regulam

Collapsa  
Dervi disci  
plina

E

a

b

F

restituatur,  
introducta  
regula S. Be-  
nedicti,

c

d

AUCTORE  
ANONYMO.

gulam beati patris secum deferens, primus urbi Tullensi innovationem monastici ostendit propositi. Fretus igitur pontifex sapientissimus multimodis divinæ institutionis documentis, viris prudentibus undecunque collectis, cœnobium S. Apri, situm in suburbio Tullensi *e*, regularibus disciplinis strenue imbutum, multorum commoditati profuturum, decentissime reddidit illustratum.

*et expulso  
Benzone ab-  
bate nefario;*

11 Hinc itaque, exardescente circumquaque zelo sacræ religionis, horrescentibus etiam tyrannicis principibus inordinatos actus habitatorum Dervensis cœnobia, pari consensu totius regionis, domnus Benzo supradictus abbas, abinde proturbatus, coactus petere (cui loco abbatis præerat) cellam Bobini Germanicæ Insulæ, in suburbio Trecorum Augustæ *f*. Discensus tamen, clientum pravorum hortatu, cuncta privilegia, ornamentorumque aliquanta exosæ sibi ecclesiæ secum tulit; monachis vero suis metu invisæ regulæ in diversa fugientibus, successerunt fratres adducti a monasterio S. Apri: qui memoriam suæ prudentiæ, nostræ hactenus ætati ostentant etiam ecclesiasticorum voluminum sagaci ordinatione. Sed quibus auctoribus intronisi, priores fuerint expulsi supersedi scribere: ne ineptæ controversiæ aliquando videar fomentum præbuisse. Qui autem, qualesve extiterint, quorum optimo studio idem locus post asperitatem tantæ hyemis, quasi revirescendo floruerit, de crevi promere scriptis, ut noscant posteri, quantæ fuerint bonitatis, quos miseratio venerandi Bercharii præordinavit pastores, posthac, et per hos suo felici ovili.

*cui succedit  
Albericus:*

12 Primus igitur eorum dominus claruit Albericus, nobilissimis natalibus ortus, indigena Remensis, monachusque S. Apri Tullensis, qui post supradictum Benzonem, competens suæ bonitati, cum regimine pastorali suscepit nomen abbatis, adoptato sibi ad supplementum omnis auxilii, domino Assone jam dicto ac frequentius memorando, doctrina philosophica ac vitæ probitate spectabili. Hic ditissimis nobilibusque parentibus Jurensi tellure satus, Luxovio diversis litteratoriæ artis plenissime imbutus, quem in primævo flore juventutis affluentem verbo sanctæ eruditionis cum puritate vitæ innocenti, perspicue agnoscentis pontifex clerusque Tullensis, multis supplicationibus eductum a Vosago, substituerunt urbi Tullensi ad magisterium sacri ordinis, ut lumen lucernæ super statuam candelabri. Ibi per aliquanta temporum volumina variis insudans divinæ præceptionis exercitiis, post maximam multorum instructionem, iterum claritas divini splendoris, videlicet Asso, opponitur effugandis Dervensibus nebulis, ad inseranda plantaria superni obsequii. Ibi postmodum, excedente vita domino Alberico, abbas effectus basilicam SS. Apostolorum a B. Berchario quondam extractam parvissimam reputans, maximi quod nunc frequentamus templi fundamenta jecit amplissima.

*Domno A.  
C.*

*g*

*quem excipit  
Asso*

13 Ipso etiam comite amminiculante, privilegia ejusdem loci, quæ supra retulimus a domno Benzone insidiose deportata ad locum Insulæ Germanicæ, cuncta recuperavit munificentia domni O-

donis illius loci abbatis, cujus precibus hic famosissimus Asso Vitam Confessoris Christi Flodoberti, primi ipsius monasterii instauratoris et abbatis, sermone veracissimo, simplici exaravit stilo. Hic etiam precibus ac jussione S. Gerardi, Tullensis urbis episcopi *h*, Vitam B. Mansueti *i*, primi dirigente Petro Apostolo ipsius urbis pontificis, dissertissime composuit. Gesta quoque S. Confessoris Basoli *k*, præfationibus facundis antepositis, cum subsequencia miraculorum lepide edita digessit ad liquidum, hocque non præsumptivè, sed interpellatus a sapiente Gerberto tunc Remensis urbis archiepiscopo *l*, atque a sibi cognomine præclarissimo viro scilicet Assone abbate monasterii prædicti Confessoris. Cujus, defuncti haud post multum temporis, tumulum gratia specialis dilectionis versibus honoravit propriis, in-quiens inter alia:

O felix Asso, titulum tibi condidit Asso.

Opuscula præterea plura versificè composuit, hymnorum etiam aliquanta cantica, Ambrosianos hymnos elucidans glossulis. Sed et secundum librum dialogorum S. Papæ Gregorii, videlicet gesta SS. monachorum patris Benedicti carmine nobilitavit heroico, priscorum poetarum carminibus excellentiori omni modo, devictus supplicatione sibi familiarissimi Abbonis, abbatis *m* supra scripti monasterii Floriacensis, qui vir maxime prudentiæ ferro insons noscitur occubuisse. Gesta vero hujus sancti piissimi protectoris nostri Bercharii ad extremum quoad potuit, comens lepore facundiæ spectabilis, sparsit totius Galliæ oris, quæ eatenus inculte exarata habebantur et addita.

14 Nec vero tantummodo proderat monachalibus cœnobiis, verum plurimis clericalibus ecclesiis; inter alia commoda tradidit modos et horas orationum ac multiplicis psalmodiæ, tam ætatis quam hyemis quadragesimæve tempore, ut hactenus palam testatur verbis et affectu clerus Treccassinæ Ecclesiæ. Hujus tunc temporis Manasses præsul *n* hunc abbatem miro colebat affectu, se propriæque parochiæ actus ejus committens industriæ. Istius pontificis frater, Hilduinus nomine, eo tempore comes Arceciensis Campaniæ, militari audacia multa crudelia commiserat facinora. Hunc Asso piissimus adeo est insequutus, quorum erat affluentissimus verbis sanctæ prædicationis, ut eum in se reversum cogeret cuncta relinquere, et profiteri laborem Hierosolymitani itineris, se ei dans comitem subeundi tanti laboris gratia piissimæ consolationis, referens actus B. Bercharii: qui adiens Hierosolymam fertur duxisse secum Wamierum tormentorum S. Leodegarii reum *o*. Itaque hujuscemodi opinionis promulgatione, multis viris illustribus excitis, determinatione istius patris dies decernitur, loca cunctis congrua ordinantur subsequendi, aut operiendi Assonem doctissimum, operis paucis attentati famosum signiferum. Igitur anno Verbi incarnati DCCCXXIII pius pater vale dicens charissimis filiis ac fratribus ob hoc inibi plurimis congregatis, largiter flendo, deosculatis omnibus, ipse prosequutus cunctorum ingenti ululatu et gemitu, ingreditur iter via Hierusalem mundanæ. Jam sibi pactis valvis matris nostræ Syon cœlestis.

15 Secuti sunt autem eum a cœnobia frater quidam et famuli usque ad ingressum maris, inde deportaturi cæteris consolatoria verba patris. Ipse vero non tantum verba, verum manu propria conscriptas inde direxit litteras, intimans se die datarum litterarum intrasse mare, ducens ad

D

*h i*

*k*

E

*m*

*cujus gesta  
referuntur;*

*n*

F

*o*

*Adseni de-  
functo*

portum

## ANNOTATA.

A portum urbis Babylonice. Sed festinantem ad majora certamina dignatio Omnipotentis evocat ad bravium celestis remunerationis : nam in ipso mari correptus languore ultimi exitus, coepit urgeri extremi angoris singultibus, lingua tamen inreperabilis mansit, a sociorum consolatione inflexibilis, minime vacans a laudibus piissimi Redemptoris, cujus flentes socios commendans custodiæ, beatam animam a puppi exultationis transmisit ad gaudia patriæ celestis. Hujus corpus defuncti, comites illustres viri ipsius sanctitatis conscii, nequaquam passi, ut mos est, pelagi fluctibus dari, sed maximo cum honore secum quadruido devehentes, quinto die prospero cursu ad portum insulæ, quæ fertur Astilia p, appulsi, decentissimo, ut par erat, coniderunt inibi mausoleo. Inde plurimis ejusdem comitatus perpetuum voluntarie subeuntibus exilium, aliquanti optati itineris labore peracto, remeantes, diem obitus locumque sepulture ac extrema mandata diu expectati patris moestissimis detulere discipulis.

succedit Bruno.

B 26 Præcedentibus succincte transcurtis, libuit paulisper immorari laudibus istius beati viri, quia hic omni felicitate felix multorum Sanctorum gesta scriptis depinxit propriis, atque ab ejus in hunc locum cum domno Alberico ingressu, omni infelicitate supradicta hæc caruit ecclesia, nec dicam caruit solummodo, verum, quod fausto utinam proferam omine! testor, augmentatam omnis decoris honore usque ad exitum domni Brunonis, septimi a venerando Alberico abbatis, septem annorum lustris hanc honorifice gubernantis. Hic vir prudentissimus ordinatus est Romæ a S. papa Leone IX, donatus ejus cognomine r, cum baculo pastorali, et benedictione condigna tanto patri. Hic etiam inter multa suæ sagacitatis memoranda opera, sæpe adiens Romana concilia, faventibus ejus probitati archiepiscopis magnæ auctoritatis, Athelardo Lugdunensi, Hugone Crisopolitano s, ac Mainardo Senonensi, aliisque sacerdotum quam plurimis, annum censum Diseiacensis prædii, post tempora supra memoratæ infelicitatis primus suo loco, cujus erat juris, restituit. Usus quoque sibi decenti familiaritate successorum supra denominati S. papæ Leonis scilicet Stephani, Nicolai, Victoris atque Alexandri, plurima prisca privilegia, multaque moderna eorum auctoritatis confirmatione roborata, sollicitus post se venturæ ætatis, istius loci prudens recondidit archivis. Ejus imperiis frequenter iteratis, impulsus hoc arripui opusculum muta pagina, a nomine auctoris, quæ ut reor stat aliquanti nimum loquacissima garrulitate inepti sermonis t. Sed scienter malui patere irridendum cachinnis, quam non implere jussa tanti patris, super miraculis B. Bercharii, quorum ipse plurima visa vel a cernentibus vel fidelium et veracium testimonio subnixis tradita, sæpe recensens, pariter ostentabat aliquanta suis manibus scedulis adnotata. Horum gratia multa præfatus sum minus utilia, scilicet causa excusationis, cur rara sint memoriæ tradita ante tempora sæpe memorandi Assonis, a cujus regimine quia narrandi inchoamus initium, eo vivente facta primum replicentur miracula.

a *Abbatum Dervensium nomina non ita abrasa sunt ut nulla supersit eorum memoria : nam Gallia Christiana (a) octo enumerat abbates medios inter S. Bercharium et Alardum, scilicet : Synaulium, Odonem seu Hautonem, Altmarum, Pardulum, Wlfaudum, Humfredum, Adalgarium seu Algarium, et Adalricum.*

b *Exaggeratum merito videtur Joanni Mabillon, quæ hic de regula S. Benedicti, quasi adhuc sæculo x incognita esset Gallis : vide dicta a Nostris ad diem iv Octobris in Commentario prævio de S. Aurea Virgine abbatissa (b). Certe in Concilio Moguntino anni 813, a xxx episcopis et xxv abbatibus celebrato, dicitur canone xi (c) : Abbates autem censuimus ita cum monachis suis pleniter vivere, sicut ipsi, qui in præsentis synodo aderant, palam nobis omnibus promiserunt ; id est secundum doctrinam sanctæ regulæ Benedicti, quantum humana permittit fragilitas. Si igitur regula sanctissimi patris Benedicti adhuc inaudita hominibus Francorum imperii fuerit, hoc ita intelligendum est, ut ejus memoria apud Francos, collapsa regulari disciplina, omnino fere obliterata fuerit. Caterum, si ante Odonem Cluniacensem Dervenses unquam Benedictinam regulam professi fuerint, utpote qui a Berchario patre Luzoviensem normam edocti fuerant, difficile dictu est. Confer quæ in hoc argumentum scripsere Nostris ad citatam Vitam S. Aureæ (d).*

c *Obiit S. Odo abbas Cluniacensis anno 942. Ejus festum colitur die xviii Novembris.*

d *Obiit S. Gauzlinus anno 962, die vii Septembris, ad quem diem Nostris ejus Acta edidere (e). Vide chartam, qua restituit monachos in cœnobio (f).*

e *Erat cœnobium S. Apri sub regula S. Benedicti et Congregationis SS. Hidulphi et Vitoni. Colitur S. Aper, episcopus Tullensis die xv Septembris, ad quem diem ejus Acta require (g).*

f *Cella Bobini, hodie Monstier la Celle, Congregationis S. Vitoni cœnobium erat, ejus primus abbas fuit S. Prodobertus, cujus Acta vide ad diem viii Januarii (h). Unde nomen Insulæ Germanicæ loco adhererit, non mihi constat : clausus est duplici fluviolo cui nomen Vigenna, la Vienne.*

g *Dreiam, hodie Droyes, a Dervo non multum distita est parochia ruralis. Heribertus seu Harbertus, de quo hic agitur, est hujus nominis secundus, comes Campaniæ et Treocarum, filius Heriberti I, comitis Veromanduorum et Treocarum, frater Roberti, cui successit anno 968 : obiit iv kal. Januarii anni 993. Nicolaus Camuzat refert diploma Heriberti (i) datum xvi kal. Febr. an. xiv, regnante domno Lothario rege Francorum. Actum monasterio Dervo publice. Hoc diplomate concedit Heribertus Dervensibus mercatum, pontanicum atque salnivum, quoad medietatem, quatenus in villa Olumna existunt.*

h *Colitur S. Gerardus die xxiii Aprilis, defunctus anno 994 ; ejus Acta occurrunt ad dictum diem (k).*

i *Mansueti memoria celebratur die iii Septembris : ejus Acta ad hunc diem Nostris dederunt (l).*

k *S. Basolus in agro Remensi colitur die xxvi Novembris.*

l *Gerbertus, Remensis archiepiscopus, anno 999 summum pontificatum obtinuit, dictus Silvester II. m S. Abbo Floriacensis abbas martyrium subiit circa annum 988 ; colitur die xiii Novembris.*

n *Manasses I obiit, ut videtur, anno 991. Dedit Adsoni Dervensi tria altaria videlicet : de Laderciaca Corte (Lassicourt), de Doninica Corte (St Crestophe) et de Requiniaca Corte (Cors S. Leger lez Briene). Actum Treocarum civitate publice*

(a) T. IX, col. 910. — (b) T. II Octob., p. 481, n. 34. — (c) Labbe, t. VI Conc. col. 1245. — (d) T. II Octob., p. 478 et seqq. — (e) T. III Septemb., p. 129. — (f) Ann., t.

III, p. 653. — (g) T. V Septemb., p. 55. — (h) T. I Januar., p. 505. — (i) Promptuar. Ant. Tricass., fol. 85. — (k) T. II April., p. 206. — (l) T. I Septem., p. 615.

A sub die v April. anno iv regnante domno nostro Hugone rege (anno 991) (a). Confer Atlantem Cassinianum.

o Confer Commentarii prævii num. 62 et sequentem.

p Astiliam insulam e solis S. Bercharii Actis cognoscimus; Astypeleam hodie Stampaliam, insulam archipelagi, suspicantur esse auctores Historiæ litterariæ Franciæ (b).

r Bruno, ante benedictionem Wandelgerus dictus, baculo pastorali donatus fuit a S. Leone IX, kalendis Maii anno 1050 (c).

s Chrysopolis Vesuntio dicta medio ævo: originem nominis require in Hadriani Valesii Notitia Gallia, verbo Vesuntio.

t Hisce verbis, ut præmonui Commentarii prævii num. 17, ætatem Anonymi indicatam habemus.

### CAPUT III. Miracula S. Bercharii.

Heribertus comes sanatur;

a

B

b

C

c

rusticus prædo punitur:

Heribertus comes, qui cognominatus Vetulus, cujus supra meminimus a, incurrit quondam validæ febris nimium incommodum, cujus ardoribus frigidibusque dum laboraret multo tempore, plurimorum quæsivit auxilia Sanctorum, ut eorum meritis quiret adipisci aliquod remedium, Parisius, Mettis, Trevis Sanctorum expetiit suffragia, Sancti quoque Remigii, et B. Memmii b adiens sepulchra, aliorum etiam Sanctorum visitavit loca, quorum non placuit meritis ut præstarent opem illius sanitatis. Novissime Vitriacum venit nimis afflictus, auxilium Domini sperans, virtute qui inibi habetur clavi ejus. Verum Dominus noster Jesus Christus, qui nec sic ei largitus est sanitatem, inspiravit, ut superprædicandi patris Bercharii interventu, posceret fratrum hujus loci orationum solamen. Mittens ergo ad magnum abbatem Assonem, obsecrat, ut pro eo, tam ipse, quam omnis congregatio, Dei ac Sancti Martyris imploraret meritum, quia vitæ suæ nullum ultra aliud sperabat auxilium, nec ei veniendi ad S. Bercharii limina aliqua suberat facultas. Hanc legationem recolendus Asso benigne suscipiens, quoniam ut adhuc liquido patet, hujus loci utilia idem princeps, ac si sua, procurabat: adscita omni congregatione, statuit ut propriam ea nocte pro eo funderent orationem, soluturi in crastino Missæ matutinalis itidem pro eo celebrationem. Ipse quoque Deo devotissimus abbas, Missa peracta, catenam S. Petri cum aliqua parte Reliquiarum S. Martyris lavans, ei in vase parvissimo transmisit ad potandum. Ipsam ergo lavationem ut libavit, mox somno corripitur, surgensque post longam pausionem, nullo monente, cibum petiit, sanitati deinceps restitutus. Ipse autem ut Samaritanus Deo gratias redens, ob memoriam tanti beneficii, medietatem terræ, quam habemus, Ulcenas, sanctis Apostolis Petro et Paulo et B. Berchario Martyri dedit, ipsemet eo pergens, atque ad confirmationem largitionis inde se expelli a quodam nostro monacho nomine Albuino fecit c.

18 Relatum est supra studio memorandi Assonis, ac auxilio jam dicti Heriberti comitis, restitutas dominio hujus ecclesiæ villas duas, id est Dreiam et Puellare monasterium, quibus vicinus est locus parvissimæ insulæ, dictus ab antiquo Mangisvillare. Ibi B. Bercharius avidus vitæ solitariae, primam olim construxit ecclesiam in honore S. Albini, perlustrans abdita Dervensis syl-

væ, quo postea vitans frequentias sæcularium, sæpe Deo fudit gratiarum libamina precum, solitus pernoctare ibi cum discipulis, si quando contigisset, causa alicujus necessitatis demorari circa Puellarum monasterium, in villa istius nominis ab eo exstructum. Verum peccatis imminentibus monasterium illud monialium postmodum est adnullatum, et ecclesia illa funditus redacta ad nihilum, non tamen omnino locus desolatus largitate cœlestium donorum: nam villæ Puellaris monasterii quidam rusticus, nomine Vulfarus, cernens studio venerandi Assonis undecunque saxa adunari ad ampliationem hujus templi, parvipendens, utpote alienus, dominium monachorum, adnexis plaustro quatuor paribus boum, pergit devehere lapidem altaris ecclesiæ supradictæ insulæ. Hunc ergo plaustro impositum, rediens venit ad vadum per quod introierat, moxque tanto pondere fixi sunt boves, ut trahere ad aquam minime possent: exclamativaque rusticus, stimulo fustibusque agitando boves, sed nequaquam proficit: volens flectere animalia ad dexteram vel ad lævam, nec sic adipiscitur efficiendi aliquam possibilitatem. Ad hoc factum villæ jam dictæ multi convenientes, mirabantur super hac re, ac divinitus inspirati, protestabantur nolle Deum, ut altare exstructum opere famuli sui, ab eo loco posset educi: quod audiens, versus ad orientem, spondet Deo Sanctoque Berchario lapidem sese loco proprio relocaturum, si ejus nutu reciperent animalia perditum gressum. Hæc dicens, boves concutit, et statim mirum in modum videres eos citius retro redire, quam antea fecissent in nullo recto itinere, atque ita suo loco restitutum est altare. Exinde Dominus illic multas virtutes operari et locus cœpit venerationi haberi: ea occasione ac opera Assonis abbatis, qua sunt redditæ villæ supradictæ ditiori hujus loci. Quando, Deo disponente, domni Assonis tempore hoc cœnobium cœpit germinare, ut iterum quasi virescendo relevaretur, sicut sæpe superius protulimus, non solum villæ cœperunt rehabitari, sed etiam in locis et salibus, ubi numquam fuerant, cœperunt rustici, qui undique confluebant, incolæ fieri.

19 Itaque per id temporis construebatur quoddam mansionale super Sufflanam fluvium d desuper Lutosas, quod adhuc, a primi habitatoris nomine, Haraoth mansionale nuncupatur. Ibi inter primos habitatores quædam vidua commanens cæcam habebat filiam. Factum est autem ut monerentur a scientibus vicinis, quatenus ad ecclesiam Lutosas, quam S. Bercharius ædificavit ad honorem S. Martini, properarent, imploraturæ Domini misericordiam, Sancti quoque Bercharii ipsius constructoris, et S. Confessoris Martini, cujus nomini ac honori B. Martyr eam dedicando tradiderat. Mater, ut hoc comperit, die statuto petitura ecclesiam, ibi quam ferret filia plena fide, paravit candelam. Dum ergo pergentes ad ostium venissent ecclesiæ, filia cæca quæ a matre ducebatur, contemplatur divinitus. accensam, quam gerebat manibus suis, candelam. Exclamans autem dicit matri suæ: Mater, candelæ mea accensa est; genitrix respiciens videt candelæ flammam, et cum exultatione interrogat filiam: Tenerrima filia quomodo scis? Et illa: Quoniam bene domina prospicio. Tunc utraque, oblato munere ac fusa oratione Christi Martyri sanctoque Confessori, gaudentes, et Deo gratias agentes, domum sunt reversæ. Ut autem comprobaretur juvenula utroque suffragatore sanitati reddita, palam ostendit se, ibi susceptis munus

D gratiarum A. C.

E

cæca visum recipit: d

F

gratiæ

(a) Camuz. Promptuar., fol. 83. — (b) Hist. de la Fr. litt., t. VI, p. 475. — (c) Gall. Christ., t. IX, col. 917.



A gratiæ duplicis, scilicet restaurationem luminis, et custodiam perpetuam virginitatis, nam perfectissime lumen promerita, sacrum velamen suscepit, quod per plures annos usque ad obitum devotissime servavit.

S. Berchario  
insultans,

20 Locus, Monasteriolus dictus, cum ecclesia, quam ibi B. Bercharius in honorem Sancti Mauricii ædificaverat, ad nihilum ipsius temporibus sic erat redactus, ut nec super sacratissimi altaris lapidem remansisse contingeret operturam: nec etiam ab ullo frequentabatur; sed cura et jure studium officinas hujus monasterii renovantium, haud procul ab illo repererat semitam, qua facilius possent lapides advehi. Ipse quidam locellus, undique sylvæ magna circumseptus, penitus vero circa præscriptum lapidem confusa frutetis gramina abundabant. In hac præterea monasterii villa, Joannes vocitatus quidam extiterat homuncio, habens malæ institutionis filium nomine Dagobertum. Hic die quadam circa prædicti loci confinia dum ob custodiam sequeretur animalia, cæteris cum pastoribus sequentibus gregem, pro comperta fertilitate interiora penetrantem, nequid abduceretur, adolescens nefandus solus remanens, sacrum ascendit altare, atque ipsum quod gestabat ferro tangens, ait: Mea hic erit statio, pœcusque meum, cujus reversioem haud comperero, inreverenter ab hoc exigam Sancto. Tali vesaniæ insistentem socii ut repererunt, nimia vix supplicatione ut descenderet meruerunt. Sed ut ex tantæ benedictionis fastigio malesanus descendit, tantus nimie tribulationis vigor super eum ascendit, ut nisi per contribulium subvectionem ad genitorem valeret repedare mansionem, plurimosque dies lethali angore contritus, et oculis orbatus, post modicum lamentandæ pravitatis indultum spatium, præsentis vitæ accepit terminum. Exinde arborum densitate radicatus eruta, oratorium illud reædificatur, hactenus habitatorum assiduitate usitatum, fruunturque illic dominica miseratione, qui tota eam expetierint devotione.

et alius altare  
violens  
punitur:

21 Non minus mirabile accidit de lapide altaris, quem mellitus pater et pastor Bercharius ad honorem S. Sulpitii dedicavit. Quidam militaris ordinis vir fuerat generosus, plurimis excellens possessionibus, inter quas possidebat quoddam prædium, Cryptas vocitatum, cuncta opportunitate floridum, ac fecunditate quam exigit simplex ruralis incolatus decoratum. Id vero duriter perturbabat eum, quoniam si terrenorum cunctæ adessent commoditates, illic, quo primum Dei quæreretur regnum, nunquam fuerat Christi tabernaculum; volens igitur in eo basilicam ædificare, jubet devehî prædictum altare. Locus autem, quo ecclesia jam dicti S. Sulpitii fuerat, est juxta viculum, qui dicitur Tiliolus e, constans ex hujus monasterii manso, sed cuncta ejus constructio præter memoratum lapidem delata erat sub cælo. Itaque plaustro adducto, quidam rusticus petram superponens, redditos semitæ boves deducere cum cœpisset, post modicum spacium boves exorbitantes, minime ultra progredi valuerunt; miser vero homuncio nimium fatigatus, sæpissime conclamando, et stimulando eos, quamquam parum proficeret, ut potiretur requie, supra conscendens resedit, nesciens se magis dolori oppositum, quam fatigatione exutum; mox etenim dolore obsidetur gravissimo, boves etiam non potuerunt pedes movere a loco. Sic tandem convictus descendit, lapidem deposuit, ac in loco illo eum relinquens, domum petiit, eoque languore per aliquod tempus maceratus, vitam ami-

sit, animalia etiam peste consumpta sunt. Dominus vero, qui hæc jusserat, videns quod acciderat, nec lapidem a loco ubi fuerat projectus removit, neque oratorium, quod ædificare disposuerat, inchoavit, timens quod displiceret Omnipotenti; sed post L et amplius annos filius prædicti divitis, in viculo, qui dicitur Villaris, ecclesiam condidit, ac sæpius dictum lapidem advexit, et ex eo altare ibi constituit.

AUCTORE  
ANONYMO.

22 Fidelissimus Dei abbas Berengerius, successor dignissimus memorandi Assonis, audiens quosdam a partibus Tullensium volentes cupiditate prædæ et spoliis, efringere istud monasterium, indixit ut ipsa cortis cœnobii valde munitur, et vigiles ipsam circumeuntes omni nocte insisterent. Post aliquas vero noctes, dum circummissent ambitum cortis vigiles, et ad partem orientalis fenestræ secus altare S. Mariæ clamantes et clangentes, ut mos est castrorum, restitissent; ecce vox a parte templi clamans vigilibus insonuit: Qui estis vos tanta inquietudine insistentes Deo et Sanctis ejus in hoc loco, quisve jussit ut hæc vigiliæ circa Dei agerentur tabernaculum? Illi respicientes ad sanctuarium, imaginem loquentis testati sunt se vidisse circumfusam immensa claritate, et ob nimium pavorem nihil aliud sunt respondere ausi, quam quod illorum Dominus abbas hæc jusserit. Quibus vox loquentis talia intulit: Dicite abbati: Nunquid non prævaleat adhuc servare hunc locum, qui hactenus protexit eum? Videte ne ultra convenientes, taliter hic inveniamini. His dictis disparuit, et illi continuo halitus vix habentes aufugerunt. Horum unus vocabatur Grimoldus de Tribus Fontanis, alius Joannes. Hic Joannes circiter xxx postea vivens annos, meruit narrare multis hanc S. Martyris servorum suorum consolationem. Alter verbo Grimoldus metu ipsius visionis infirmitate captus, ante annum vitam finivit. In eodem autem loco nullus deinceps vigil deputatus est, et illi, qui eo tempore hunc volebant infringere, convenientes circa urbem Tullensem, hospiciaque suscipientes, orta inter eos contentione, plures ex eis inibi ferro interiire, qua de causa nimium perturbati reliqui, redierunt ad propria. Post aliquot etiam dies ductor eorum vita privatus est, sicut Deus protexit hunc locum, propter sui famuli et custodis nostri Bercharii meritum.

S. Bercharius  
suorum cu-  
stos.

E

F

#### ANNOTATA.

a Actum fuit supra num. 12 de Heriberto, qui licet vocetur Vetulus, tamen hujus nominis est secundus.

b S. Remigii Acta vide ad diem 1 Octobris (a) et S. Memmii episcopi Catalaunensis ad v Augusti (b).

c Est modus notabilis, quo quis dominium rei alteri tradit.

d Est fluviolus Sublana, Soulaines, quo villa Lutocæ alluitur; paulo supra ponitur in mappa Cassiniana locus Aromagny, quem suspicor nomen ab Haraoth mutuatum fuisse.

e Vide annotata ad cap. III, lib. I, annotatione g.

#### CAPUT IV. Continuatur narratio miraculorum S. Bercharii.

Quidam claudus ultra Mosam fluvium habitans, nomine Girardus, per visum docetur, ut si sanitatem recipere vellet, dilecti Dei Bercharii

Claudus sa-  
natus;

(a) T. I Octob., p. 59. — (b) T. II Augusti, p. 4.

suffragium

AUCTORE  
ANONYMO.

suffragium festinus quæreret. Optatum is callem dum requirendo teneret, ad cuiusdam nostri clerici, qui Bruno dicebatur, mansionem pervenit, ac huic causam sui adventus aperuit, qui prædictum debilem deduxit ad monasterium gaudens, decimoquinto die ante festum Ascensionis Dominicæ; deinde per tres dies ante Ascensionem, in quibus litania fieri solet, ultra posse suum secutus est turbam monachorum, semper orans, qui ferebantur, merita Beatorum: id quoque in die Ascensionis non minus devote peregit. Feria vero sexta, et sabbato sic fuit fatigatus, ut ex hospitii lecto, quod Deo plenus abbas Bruno ei deputaverat, nequiret exire. Nocte igitur, quam Dominicus dies sequebatur, iterum quare monasterium reliquisset interrogatur, ac mox repetat, jubetur. Mane facta, ecclesiam petiit, et usque ad publicam Missam ab ea non discessit. Dum autem legeretur Euangelium cœpit tremere, et paulatim vehementer planctus emittere; ut enim perventum est ad Secreta, dum cogerebatur ut quiesceret pro Missæ reverentia, pertonabat his vocibus: Ecce morior, ecce morior. Jacens enim ad terram secus dextri chori introitum, dirigebantur nervi ejus, ac velut ex aqua exisset, fluebat sudor per corpus ejus: tali equidem passione vexatus est usque ad Completas; tunc denique totus fuit extensus, sed manebat ut ad exitum spiritus: quod quidam nostrorum, Odo nomine, seniorum cernens, tactus Dei fiducia et validus corpore, jacentem qui fuerat claudus, seminecem arripuit, et ante S. Petri altare deposuit. Post modicum deinde spatii, ut ad se homo rediit, memoratus senior cœpit eum deducere, quasi mater docens eum incedere. Senioribus autem hinc laudes Jesu bono psallentibus, omne suburbium accurrit et tantus in eis ardor excrevit, ut quasi Salvatorem Dominum nostrum præsentem intuerentur, quisque certaret sacro altari deferre munus. Qui vero hæc ignorans superveniebat, et nil præter indumentum quo tegebatur detulerat, continuo illud offerebat Deo et suis Apostolis pro amore Bercharii sui Martyris. Nequaquam ex toto possumus exprimere, quam vehemens gaudium extitit ipso die, sed lachrymarum ubertas, quæ a monachorum gaudio procedebat, et occursum populorum, quo affluebat, testimonium perhibuit quod paraliticus, de quo lectum est in euangelio præsens a.... Unde tantus odor hinc emanavit, ut ex multis partibus ante noctem multa plebs advenerit, et a partibus Campaniæ et de Barro super Albam b; de cujus parte videlicet de vico, qui Salex c vocatur, quædam cæca affuit nomine Lamfendis, quæ continuo promeruit lumen, et hæc pro tanti muneris devotione, sacrum excepit velamen, quod usque ad obitum magnifice gessit. Convenit etiam magna multitudo debiliū, videlicet cæcorum, claudorum, ardentium, aliorumque infirmorum, ex quibus plures visus, gressus, extinctionis, varisque sanitatis gratiam adepti sunt; nemo tamen extitit aliorum, qui non aliquod sentiret remedium. Is vero Girardus per plures annos in hoc loco mansit, deinde monachalem habitum accepit.

Dervum a S.  
Berchario

d

e

24 Altera die Rainardus quidam de Villa Cacerali corte d astitit, cui totus dexter jam arserat pollex. Hic atletam carissimum Domini Bercharium invocavit ad subventionem, et mox adipiscitur arsonis extinctionem. Crispianus e villa quædam dicitur, sita in confinio castri Breonensis et sylvæ Dervensis; hæc ab antiquo latronum extitit alitrix, utpote admixta sylvæ, quæ immensa circumquaque diffusa, præbet hujus

studii hominibus grata latibula. Istius itaque villæ miles quidam Berterus nomine, cum suorum complicitum turma clanculum adgressus villam quandam super Maternam fluvium in comitatu Pertensi f, maximam inde suum multitudinem adduxit. Hos insequuti viri ipsius regionis, nequaquam valentes attingere, per hanc reversi villam, ab hominibus hujus S. Martyris suos cœperunt exigere, asserentes eorum ductu se eos amisisse. Istis vero hæc contradicentibus, sese illic adfirmant reversuros, nihilque in omni hac villa relicturos, verum neque S. Bercharii corpus. Plurima ergo insanissime comminati, diem statuunt reversionis, interim obligantes sacramento omnes colonos supradictæ Pertensis regionis ad directionem hujus loci. Tandem statuto tempore simul convenientes, elegerunt septingentos ex tanta multitudine, jubentes cæteros ad propria remeare, validiores septingentos, ut diximus, retinentes, non causa alicujus nostrorum timoris, sed ad ostendam magnitudinem suæ potestatis, sibique præfecerunt quendam virum nomine Badinum. Prænunciatur hujus ecclesiæ fratribus, unde perterriti sunt non modice, hinc quoque amplius angebantur, quoniam aberat Domini Berengerii g abbatis venerabilis presentia: devotissimus etenim Deo abbas Willermus, S. Benigni Divionensis ecclesiam religione et parietibus per auxilium Brunonis, Lingonensis episcopi, miro opere innovaverat, ad cujus dedicationem prædictum patrem sibi familiarissimum invitaverat.

25 Fratres itaque quod solum repererunt consilium, legatione directa, hostes ut quiescerent oraverunt, promittentes, reverso patre die statuto, se suosque omne eis jus legaliter exhibere: ipsi interim psalmis et orationibus S. Martyris notum flagitantes auxilium, signorum ecclesiæ sonitu notificabant suo parvissimo populo hostrium adventum. Adversarii autem, humillima fratrum legatione sprete, ac, quia inde sæviores effecti, cum fremitu valido appropinquant, occupaverunt collem, quo nunc habetur vinea prope ecclesiam S. Remigii, quem ob pugnam inibi factam, hactenus incolæ Castellionem vocitant. Ruricolæ vero nostri fere \* viginti animati spiritu Domini, fractis obstaculis, quibus detinebantur a monachis, eorum verentibus interitum, parvipendentes multitudinem hostium, pugnam initari, in eos irruunt \*, supervenientibus a foris eorum auxilio septem equitibus, tunc temporis in hac villa habitantibus, nam cæteri equites et famuli diversa petierant, causa obsequii fratrum et abbatis. Itaque antequam convenirent, densitas fumi ingens inter utrosque apparuit; quod cernentes adversarii paucitati nostrorum neglexerunt occurrere, sed baculos, quos omnes tantæ multitudinis cum lanceis gestabant, super eos jactantes, ut pulverem æstimaverunt consternere: Deus autem, qui servorum suorum servos animaverat in rebelles suos, meritis S. Martyris ab ipsa baculorum grandine omnes ita reddidit illesos, ut neminem eorum tetigerit tanta fustium multitudo. Hac defensione nostri alacriores effecti, continuo se miscentes adversariis, suprascriptum ductorem illorum necant, ruentibus cæteris, ut folia arborum vento \* tempore hyemis. Ita B. Martyris auxilio viginti septem virorum impetu, cedentibus septingentis, sylvæ proxima quum sibi rebantur auxilio fore fugientibus, causa perniciæ cœpit, furore Domini imminente, existere; nam frondes undique super eos cadentes plurimos vulnerabant, multos interficientes; quidam autem gemi-

D

f

E

g

protectum.

\* deest fere  
A. C.

F

\* irruerunt  
A. C.\* deest vento  
A. C.

tu

A tu morientium, casu ramorum vel foliorum adeo terrebantur, ut magis certarent se fructibus inserere, quam iter fugiendi arripere. Stupore igitur tantæ ultionis circumquaque territi hujus ecclesiæ adversarii haud parvo temporis spatio passi sunt quiescere familiam eximii protectoris Bercharii.

Monachus apostata  
h  
i  
B  
'ministrans A. C.  
C  
'Salvatoris A. C.  
ad meliorem frugem redactus.

26 Frater quidam Hugo nomine dictus, cujus mirificam visionem, simulque pia merita piissimæ Dei genitricis Mariæ, S. quoque Bercharii Martyris ab ipsius inferorum claustris manifestam liberationem scribere conamur, loco h. . . . sub strenua monachorum disciplina, puer Deo fertur oblatu*s* i; cui a primis annis vivere, ut libuit, majorum religio prohibuit, sed diversis artium exercitiis non mediocriter instruxit, et eorum rectos actus volens nolensve sequutus est, usque in tempora juvenilis ætatis, quando, ut illa fert ætas, nimis dissolute, ut libuit, vivere quæsit. Sed quia religionis usus talia prohibendo compescuit, exosum tenuit, quod pie amare debuit, fratrumque, cum quibus fuerat altus, collegio posthabito, fugit Cathalaunum. Hujus tunc urbis pontifex Gibuinus, agnita ejus scientia, gratanti cum benignitate retinuit, impellens eum ad renovanda opera suæ ecclesiæ, quæ erant obnubilata multorum temporum vetustate, suarum opum ei tribuens fruendi liberum arbitrium. Ille vero dum hujusmodi mortalis vitæ gloria fruitur libere, ultra modum cœpit oblivisci futuræ; sed amator benignissimus, qui omnes vult magis salvos fieri quam perire, mirabiliter revocavit laqueis mortis devinctum misericordissima sua pietate: nam prædictus antistes, cujus utebatur suffragio, ad consecranda mœnia templi SS. Apostolorum Petri et Pauli, Sanctique Bercharii Martyris, cujus prima fundamenta, ut præmisimus, venerandus Asso abbas locaverat, ire disponens, Deo ordinante, secum duxit hunc sibi familiarem. Itaque prudentiam studiorum hujus auditu percipiens, honorandus abbas Berengerius cum suis ingenti supplicatione impetravit ab ipso eum sibi dimitti. Redeunte autem pontifice ad propriæ sedis cathedram, prædictus abbas fratresque hunc sibi favorabiliter relictum, in remoto diversorio cum sibi necessariis manere constituerunt, ubi ad votum cuncta ei etiam superflua (quod dictu grave est) miserantes\*, formam crucis Dominicæ jubent, ut noverant eum posse, formose componere; sed Salvator sæculi, qui lavit crimina mundi, non passus est, impune formari imaginem sui vultus ab ejus neglectis manibus, quem longanimi tolerantia jam expectaverat diu: nam componens effigiem crucis, dum formose in ea sculperet imaginem Redemptoris\* pro redemptione omnium patientis, acri languore correptus ad extrema perducitur.

27 At vero oppressus supplicio vix tolerabili, lachrymosis supplicationibus auxilium fratrum implorare cœpit, ut eum quam citissime habitu monastico renovarent, sub quo confitebatur se vixisse, ut lupum sub ovina pelle fraudulenter. Fratres ergo, ejus vehementissimæ angustię compatiens, diversorium, in quo languens decumbebat, compleverunt lachrymantes, ac ferventi charitate, quod petierat, concesserunt regulariter. Invidus autem omnium bonorum et seductor animarum diabolus, cernens miserum jam reformatum indumentis dudum stolide spretis, diu conquestus injurias sibi inlatas ab ordine monachorum sacro eique odioso, infremuit in eum, renovans per multa machinamenta dolosum ac multiplex ingenium. Mox itaque cum immensa

dæmonum turba, duo adsunt teterrimi, qui barbarico impetu irrumpentes domicilium ægri molebantur, si foret possibile, violenter abstrahere miseram animam a corpore. In quorum contentione dum fierent moræ, Deo protegente, unus alterum arguit, cur inducias darent pro qua venerant animam rapiendi; cui cum responsum opponeret, quod præclarissimus Dei Martyr Bercharius, cujus sacra ossa inibi tumulata venerabantur, eum protexerat, alter se non posse respondit, quoniam videret eum munitum viatico Corporis Christi, et defendi precibus monachorum ipsius Martyris Bercharii. Sed, dum prolongata altercatione, horrifico strepitu terrerent miserum, subito et mirabiliter ipsi ægro patienti cernentique hæc omnia, apparuit manus sola, quæ eis ineffabili misericordia fecit dividuum atque aufugium, sic imperiosa Dei auctoritate liberans viribus defectum: Beata siquidem Dei Genitrix et vere Beata omni refulgens pietate, dum piissimis auribus attenderet querimonias fratrum, exitum ægri orationibus præmunitium, non distulit mittere unici protectionem ad sustentandam imbecillitatem infirmi. Ipsa quoque Archangelorum Domina non multo post venit, sua benigna pietate manifeste visere dissoluta membra infirmi, ne raperet malignus, quem sacro sanguine suo Jesus Christus ejus redemerat filius: nam in titulo crucis, qui stabat ad pedes artificis decumbentis, subito visus est illucescere globus æthereus, lacteis involutis circulis, et condecoratus per designata loca radiantibus stellis. Hic visus est mirabiliter, Deo cooperante, in binas partes dividi, ejusque in medio cœlestis regina subtili et ineffabili veste fulgere, ut nulli foret dubium Genitricem Dei esse: in cujus apice, dum tam sancta micaret beatitudo, descensum fecit per mediam crucem a summo usque ad imum, strata via auro, residens (quia domina) in filii solio. Tunc fratrem, non minus attritum gravissimis languoribus tormentis quam dæmonum insidiis, virgo piissima talibus dignata est roborare alloquiis: Ecce miser homo, meis et famuli sui Bercharii precibus filius meus ad misericordiam flexus, tibi pœnitentiæ indulsit tempus, ut ad locum in quo Deo et Sanctis ejus oblatu*s* fuisti rediens, vitam deinceps ut expedit corrigas. Hæc dicens, protensa manu misericordiæ, perturbato dæmonum agmine, eum erexit et reliquit bene se habentem, ac quæ pertulerat conspexeratque astantibus flebiliter referentem.

## ANNOTATA.

a Bar-sur-Aube, (Département de l'Aube), oppidum non ignobile ad Tricassinam diocesis pertinet.

b Lacunam nullius manuscripti ope explere nobis licuit.

c Salex fortassis Saucy, qui locus Barro adjacet.

d Villa Carceralis mihi ignotus locus, sed qui non videtur a Dervensi cœnobio multum dissitus.

e Crispiaeus villa videtur esse vicus, quasi medius inter Breonam castrum (Brienne-le-Château) et Dervense cœnobium; fluviole Breonne insidet.

f Pagus Pertensis, etiam Pertisus et Portensis dictus, in quo jacet Puteolus seu Dervum monasterium, ut constat ex charta Ludovici Pii, data XIII kal. Martii anno Christo propitio XVIII imperii Domni Ludowici piissimi Augusti, Indictione x. Actum Aquisgrani palatio; in qua dicitur: Haudo venerabilis abba Monasterii, cujus vocabulum

est

AUCTORE ANONYMO.

E

F

A est Ders, quod constat constructum in pago Pertense super fluvium Viera (*La Voire*) quod olim vocabatur Puteolus, etc. (a).

g Beringerus erat xiv abbas *Dervensis*; vide *elogia tum Brunonis, Lingonensis episcopi, tum Gulielmi I, abbatis S. Benigni, in Gallia Christiana* (b).

h *Hiatus in omnibus, quos novi, codicibus existit. i Ex consequentibus videtur Hugo, apostata, in Dervensi monasterio olim professus non fuisse.*

#### CAPUT V. *Alia miracula S. Bercharii.*

Opus servile die festo exercens punitur, et sanatur.

Feriatu quidem dies fuerat, vel sicut, qui illius temporis supersunt plurimi, protestantur, sacratissimi Jesu Christi Martyris Laurentii solemnitas totum orbem gaudio repleverat. Qua die quidam homuncio miserandus, nescius sibi, sed irrationabiliter uti asinus vivens, messis campum quo immitteret falcem, ingreditur, dumque insisteret incisioni, unus ex manipulis intrinsecus manus affirmatur, quem nullo modo valuit abjicere, quoniam nec manum aperire poterat, neque unam ex spicis quas duricies manus articulis impresserant expellere quibat. Augustia itaque ingenti perterritus, ad mansionem gressus dirigit, gestans vicinorum gregi admirationem, et Dei rebellium inobedientiam ostentaturus confusionem. Vicinorum itaque animatur consilio, ac diversa circumire loca Sanctorum. Expetiit S. Mametem a, Lingonis monachorum gemmam, et Martyrum glorioso agmine septem Desiderium b, simulque caelestes Geminos c cum innumerabilibus circumquaque Sanctorum meritis. Deinde perlustravit Trevis Sanctorum Martyrum Saviniani d et Patrocli e sepulchra, cum caeteris multis quos enumerare longum est, inter quos, ut in caelo lucifer coruscat felix Lupus antistes f. Hi autem et alii Sanctorum spiritus sicut ante conspectum divinitatis summam audierant deliberatum, quoniam alterius officium existeret, exaudire distulerunt hujus hominis preces. Verum Jesus noster, qui agmen suorum magnificat, hujus appulit sua pietate animum, quatenus non infirmi Martyrum Bercharii efflagitaret ad hanc necessitatem merita: dum enim volens intrare cortem, venisset ad pontem, qui de parte pratorum venientibus praebet ingressum, supraque conaretur ascendere, vespertinale signum ilico forte sonuit, atque angustiatu homo sic ore clamavit: Senior S. Berchari, succurre huic meae necessitati. Ad hanc vocem manus relaxatur, ac spicae cedunt humotenus, quas collegere consequentes, et cum homine laetificato senioribus perferunt; quos dum cantare habebant vespertinales hymnos, coeperunt psallere matutinales, siquidem Te Deum laudamus. Spicae autem ad hujus rei testimonium multo tempore in hac ecclesia pependerunt, et in loco ubi ceciderunt, invito portatore, usque ad haec nostra tempora crux erecta mansit.

29 Milo nomine quidam miles terram de thesauro S. Petri, in Baldulficorte g, ut causa advocacionis teneret, invasit, quam magis comprimebat, quam defensabat. Multotiens super hoc abbatibus jussu ammonetur a seniore, cujus providentia thesaurus regebatur, sed dum nullam honori superno reverentiam pertulit, febre valida corripitur: cum autem ex nulla parte posset remedium excipere ad B. patris Bercharii veniens subsidium, se confitebatur reum et invasionem possessionis non facturum: mox ab infirmitate con-

(a) D. Bouquet, t. VI, p. 575.—(b) T. IV, col. 548 et 675.

valuit: et post aliquantulum temporis relicta complectitur, praedictus dolor ac amplior eum arripuit, et, ut prius, promissa emendatione, ante Sanctum se reddidit culpabilem et assecutus est sanitatis gratiam: veritas namque dixit: Qui quaerit invenit. Is mortem prosequeretur et repperit, nam tertio Beati Martyris bona absorbit, et triplex dolor eum contrivit. Coactus ergo restituit Sancto quod invaserat, et jurejurando non facturum amplius promittebat: Deus autem, ut scriptum est, ne ab eo deinceps derideretur, vivendi finem illi largitur: antequam vero moretur, mandavit ut misericordiae patris corpus sum ferretur, quod et factum est, et intra ecclesiam sepultus. Recipiens ecclesia res suas solide possedit usque ad haec nostra tempora, donec et plurima Stephanus eas dolo obtinuit.

30 Locus piscinae, quo impius Daguinus, velut occultandum quod S. Bercharium percusserat, dejecit cultellum, priscis temporibus adeo oblivioni erat traditus, ut intacta humo par esset totius claustrum planitiei ac prato, neque aliquis valde seniorum ipsum perfecte noverat. Exiit autem vir quidam in ipsis Aquitaniae partibus, a quibus exiit oriundus saepe memoratus provisor noster Bercharius, qui multatus caecitate agebatur non modice, assiduis precibus petens misereri sibi a Deo omnipotente. Monetur itaque per somnum, ut S. Bercharii in saltu Dervensi adiret coenobium, ibique perquireret, quo projectum nataverat ejus occisionis ferrum; certus ex ipsius aqua sibi lumen posse restaurari, caecitate depulsa. Hac visione animatus praedictus caecus, iter jussu ingressus, hoc ad monasterium pervenit, narrans quae sibi fuerant dicta fratribus ac abbati: qui retulerunt se nescire certius locum ulla ostensione antiquorum. At ille plenus fide obsecrat, ut duceretur intra claustra, indicareturque sibi locus cognitus vel aliqua fama. Quid multa? veniens ad locum, fodere terram manibus coepit. Hujus fratres cernentes, fiduciam animi, vocatis famulis, jusserunt ut ipsa humus federetur ei. Nondum mensura trium pedum in profundo terrae effossa fuerat, et ecce caecus manum ad fossam applicuit, et terra humida orbes oculorum liniens, mox diu desideratum recepit lumen.

31 Nocte quadam, dum unus fratrum custos videlicet ecclesiae lecto membra reclinasset, coepit intra se cogitare revolvere, si Sancti corpus, quod super debilem materiam jacebat, casu inde cecidisset, ingens peccatum omnibus adesset: hinc timore percussus, eadem hora a lecto egreditur, summa cum devotione praeparatus, ad sanctum altare ascendit, et B. patris ossa super ipsum deposuit: qui fusa oratione et amota casus sollicitudine, dormitum cum accepta securitate vadit. Cui mox adest B. pater Bercharius, et baculo quem tenebat manu, sicuti narrare solebat, cum fremebundo vultu tangens eum vocavit. Quem praedictus custos aspiciens, tremendo interrogat: Quis es tu, Domine? Ad quem Beatus cum increpatione haec intulit: Ego sum ille, cujus super Creatoris et Salvatoris nostri Domini Jesu Christi mensa corporis composuisti cinerem. Ergo propra surgens, et inde corpus meum ad priorem transvehito locum. An nesciebas quod ubique regnet Domini nostri potentia, et super timentes se illius semper sit custodia? Ex hoc idem senior excitatus, sanctissimos artus in priori loco pro jubentis relocat imperio: et quia tempus noctis urgebat, somno potiturus iterum repetit cubile. Tunc secundo venit ad eum benedi-

ctus

Milo raptor punitus. g

Caecus sanatus:

recta A. C. forte injecta

movens Sancti Reliquias increpatur. F

A ctus pater Bercharius dicens: Quia simplici mente hæc fecisti, et ut sacra curares iussum fuerat tibi abbatis tui, cessum est severitati: unde confitens hoc illi revela, simul castigatione adsumpta, nequaquam tale aliud præsumas.

*easdem transferentes increpantur;*

32 Vicus est quidam non longe ab hoc monasterio, cuius nomen nunc designare non cupio, qui non raro habitatore colebatur, et omni ubertate: in quo quidam extitit sacerdos, cui ea intentio assurrexit, ut de hoc patre nostro se protectore Berchario Reliquias deposceret, et in ejusdem vici basilica reconderet, quod sua perquisitione diffidens assequi, ad tanti negotii supplementum copulavit sibi quandam in hoc suburbio manentem clericum, quemque si non propalo nomine, tamen cunctis notus agnoscitur familiaritate. Itaque obtentis Reliquiis, presbyter detulit, et in prædicta condidit ecclesia. Nocte igitur sequenti is, qui compos repedaverat, et clericus qui impetrator fuerat, clementi per visum correctione percullitur, audientes quod tanti patris benedictione, indignum oppido exceperant, suppresserant inde non per Dei imperium. Secunda siquidem nocte admonentur denuo, et tertia dum fuere ammoniti, pro nihilo sunt arbitrati. Ecce postquam fuere a somno excussi, tanta eos inquietudo pervasit, ut in die nulla eis accederet comestionis delectatio, et nocte dum protinus oculis admisissent somnum, ambobus aderat quidam horror, quo ad requiem non sinebantur nisi momento, unde acrius attererentur. Igitur dum per dies octo tali detinerentur tormento, persona clericalis presbyterum coactus petiit, visa et perpessa pandit, qui rursus eadem se confitebatur patientem, ac percunctatur congruum hujus calamitatis remedium: unde illorum neuter nihil salubrius quicquam arbitrantes, benedicti patris quam quod redderentur pignora: secundus quamquam cum enormi reddidit moestitia. Clericus ea deinde suo adhuc differens loco restituere, recondidit intra monasterium: domum ergo revertitur, optata ut jam salute potiretur; sed, eodem testante, amplius solito priori perturbatur incommodo. Aliquantis namque diebus his angustiis compulsus, indicat seriatim ædituo, quidquid sibi accidisset cum presbytero, et quidquid solus præsumpsisset, quamque nunc proinde maceratur atrociter. Quid ultra? verissime credito mihi: multotiens est ut reciperentur oratum, quam primo ut largirentur quesitum. Redditur utrumque: et B. patris memoria quæ usque hodie servatur seposita, et perditæ sanitatis officium ostentans hominem sanum. Itaque post dierum paucitatem villæ domini hostes combusserunt basilicam, ac deinde post aliquantulum temporis evelluntur ab ipso etiam vico incolæ, suarum merito quarundam præsumptionum.

*locus nullus*

B Ergo dum meditari vellent, qualiter illius annis transirent cursum, metus eos invadebat, ne hostis persequeretur, dum ob feretri onus equites et pedites aqua proturbaret. Tunc per ammirabilem patrem et protectorem nostrum, antiqua et divinitus jussa replicantur miracula. Nam sicut dictum est, portitores et secutores Reliquiarum Sancti multum et diu turbarentur, unus ex eis velut quondam Moyses eos adhortatus est dicens: Eia charissimi commilitones et Beatissimi hujus Domini nostri devotissimi servientes, pedibus transeamus per aquam, securius transferentes tam preciosissimæ mercis pondus nostris humeris. Ad illius exhortationem et Dei nostri jussione relinquentes pontem, et ex his quatuor pedites collo feretrum apponentes, transierunt per prædictum amnem. Cum autem usque ad renes in fluvio fuissent, et absque impedimento egressi sunt, et amplius exsiccati quam fuissent ingressi, reperti sunt. Unde non solum ex nostris orta est exultatio, sed et ex his qui nostrorum comitatu se junxerant magna laudatio. Cucurrit etiam non parva multitudo audientium et ex vicis circumjacentibus ad hoc miraculum. Tempore quodam extitit ita hominum pergrandis mortalitas, ut plurimi, uno in die, uno in loco, obirent. Factum est, ut hac de causa utriusque dignitatis homines, Sanctorum quærerent suffragia, unde multi patris optantes adminiculum petiere, ut eis perduceretur ejus sanctissimum corpus. Inter quos quædam potens persona obtinuit legatione sua, ut super Blezam *k* deferretur, quo procederet ipse obvius comitante populorum multitudine. Glorificandi patris illo delata sunt membra, ubi undecunque et populi multitudo, et adventantium irruiat magna devotio. Prædictæ personæ dum præstolaretur adventus, remandavit non licere sibi obviam exire, facerent de reditu quod seniores vellent. Sancto tamen duabus illic noctibus custodito, et a confluentibus venerabiliter ad adiutorium sibi invocato, quique redire in sua: sed occulto Dei iudicio illi ad octo dies fuit terminus vitæ. Relatis itaque artibus Sancti, venit intentio villæ rusticis, ut, ubi Sanctum manserat corpus, ad memoriam tantæ benedictionis, quam per ipsius merita senserant, signum Dominicæ Crucis configerent: nam Sancti cinere advecto, fugit ipsa hominum mortalitas. Parata est materia cuius onere boves decem onerati fuere. Coloni advenerunt, crucem erexere, sed elevata apparuit in transverso. Quod cernentes rustica manus ingemuit et eorum unus magna voce intonuit: Si vere tanti patris huc fuit corpus delatum, istius crucis dirigam lignum; sicque directum est, et quod omnes nitebantur, ille solus constituit.

*Aireyas solemniter deferretur corpus,*

*h*

C 33 Gloriosus rex Robertus, apud villam Aireyas nomine noscitur concilium habuisse *h*; ubi cum innumeræ plebis multitudines diversi utriusque sexus et ætatis concurrerent, ad cumulandam quoque populi proficiscentis devotionem, plurima Sanctorum corpora a fidelibus viris advehi cœperunt: inter quorum veneranda pignora, seniores nostri de sacro patroni nostri corpore non ignotas detulere Reliquias convenienter in feretro, ad earum translationem præparato. Factum est autem, ut super quodam comite, Landrico nomine, nostri seniores facerent ob prædia B. protectoris nostri, quæ comes prædictus invaserat proclamationem: unde indignatus, pretiosissimi patris Reliquias diripere cogitabat, autumans in feretro esse sanctissimum corpus sicut

nostrates exterius testificabantur. Non ergo regis potentiam veritus, quoniam ipse rex mitissimus præ cunctis existebat, et magis mansuetudine quam feritate suos vincere cernebat: idcirco direptionem sancti corporis perpetrare sategat, quatenus non reddendi occasionem haberet injuste pervasa, cum possideret hæredem simul et hæreditatem. Post vero tanta spatia itineris, venerunt ad aquam, quæ Urnuntio *i* dicitur: antequam ad castrum Florentini accessissent invenere transitum difficilem, nam crepido laticis profunda reperitur, et pons etiam soli homine strictissimus, ideoque equites ad transfretandum excipere non audebant, ne forte humeris eorum laberetur: pedites vero, qui solebant ferre pro strictura pontis, non quibant conducere, quoniam minus quatuor pedibus feretrum ferri non poterat.

AUCTORE ANONYMO.

*i*

34 Ergo dum meditari vellent, qualiter illius annis transirent cursum, metus eos invadebat, ne hostis persequeretur, dum ob feretri onus equites et pedites aqua proturbaret. Tunc per ammirabilem patrem et protectorem nostrum, antiqua et divinitus jussa replicantur miracula. Nam sicut dictum est, portitores et secutores Reliquiarum Sancti multum et diu turbarentur, unus ex eis velut quondam Moyses eos adhortatus est dicens: Eia charissimi commilitones et Beatissimi hujus Domini nostri devotissimi servientes, pedibus transeamus per aquam, securius transferentes tam preciosissimæ mercis pondus nostris humeris. Ad illius exhortationem et Dei nostri jussione relinquentes pontem, et ex his quatuor pedites collo feretrum apponentes, transierunt per prædictum amnem. Cum autem usque ad renes in fluvio fuissent, et absque impedimento egressi sunt, et amplius exsiccati quam fuissent ingressi, reperti sunt. Unde non solum ex nostris orta est exultatio, sed et ex his qui nostrorum comitatu se junxerant magna laudatio. Cucurrit etiam non parva multitudo audientium et ex vicis circumjacentibus ad hoc miraculum. Tempore quodam extitit ita hominum pergrandis mortalitas, ut plurimi, uno in die, uno in loco, obirent. Factum est, ut hac de causa utriusque dignitatis homines, Sanctorum quærerent suffragia, unde multi patris optantes adminiculum petiere, ut eis perduceretur ejus sanctissimum corpus. Inter quos quædam potens persona obtinuit legatione sua, ut super Blezam *k* deferretur, quo procederet ipse obvius comitante populorum multitudine. Glorificandi patris illo delata sunt membra, ubi undecunque et populi multitudo, et adventantium irruiat magna devotio. Prædictæ personæ dum præstolaretur adventus, remandavit non licere sibi obviam exire, facerent de reditu quod seniores vellent. Sancto tamen duabus illic noctibus custodito, et a confluentibus venerabiliter ad adiutorium sibi invocato, quique redire in sua: sed occulto Dei iudicio illi ad octo dies fuit terminus vitæ. Relatis itaque artibus Sancti, venit intentio villæ rusticis, ut, ubi Sanctum manserat corpus, ad memoriam tantæ benedictionis, quam per ipsius merita senserant, signum Dominicæ Crucis configerent: nam Sancti cinere advecto, fugit ipsa hominum mortalitas. Parata est materia cuius onere boves decem onerati fuere. Coloni advenerunt, crucem erexere, sed elevata apparuit in transverso. Quod cernentes rustica manus ingemuit et eorum unus magna voce intonuit: Si vere tanti patris huc fuit corpus delatum, istius crucis dirigam lignum; sicque directum est, et quod omnes nitebantur, ille solus constituit.

*qua occasione novum accidit miraculum:*

*E*

*supple cum*

*F*

*k*

AUCTORE  
ANONYMO.

l

35 Nequaquam recordor qua pro causa devotio compulit, quod cuncta congregatio ecclesiam S. Mariæ, quæ est Summaveræ l, petiit, ac illic patris glorificandi Bercharii gestavere membra : perrectum est enim sexta feria Pentecostes. Finita autem oratione, post Antiphonam, quæ inchoatur ad introitum ecclesiæ, dum cœpit vulgus adventare munera ferens ad altare, mox ingens advenit ventus, cum quo surrexit turbo eximius. Verum multitudo populi sui \*, quæ foris ecclesiam remanserat, quoniam non omnis introire valuerat, cum huc illucque aufugisset pro turbine, quædam mulier cæca inibi remanet, quæ continuo lumine est donata. Deinde nostri seniores, dum pro more vellent psallere rogationum preces, clamor attollitur pro re gesta populi, qui modulamina et preces cantatorum, coegit vertere ad jubilamina laudum. Nam ut surrexerunt, adclamantes omnes dicere : Te Deum laudamus, et applauserunt intonare : Ecce Sancta Dei Mater pro palavit sæculo, quam sibi purissimo vel castissimo affectu Martyr Dei ac provisor nostri Bercharius servivit ejus filio. Ipsa quoque imperiosa genitrix merito deprecationem pauperum anticipat, quæ totius pietatis enixa est fontem; ac : Antequam me invocetis, dicam vobis ecce adsum, promittentem. Nam propter sui fidelissimi servi et nostri benignissimi domini Bercharii amorem, non est passa diu clamores sufferre populi, post tanti itineris laborem : felix grex et populus, quibus pater talis et pastor tribuitur. Finita deinceps hymnorum canoritate et Missa, ingenti cum veneratione Dei ministrum ac nostri provisorum retulerunt lætantes, qui advennerunt gementes, ad propriam sedem.

Sancti inter-  
cessione

B

36 Miraculum, quod patrum nostrorum relatione cognovimus fuisse patratum a bono patre nostro Berchario temporibus priscis, quodque nostra ætate etsi dissimili modo, pari tamen virtute et merito factum, præsentibus vidimus oculis, nosse optantibus, velut poculum vini optimi propinamus : ut modernis id ipsum, si devotio fidelium poposcerit, et opportunitas temporum exegerit, non ambigatur posse fieri in futuris. Nostra ætate ab ipsis fere gloriosæ Dominicæ Resurrectionis diebus usque in natali SS. Apostolorum Petri et Pauli, ut credimus peccatis mundi hujus exigentibus, cœli facies prætendebatur ænea, et terra induruerat ut soliditas ferrea, adeo ut hæc bina elementa mortalibus intentarent mortem, exhibentia minime, quæ oportet exhiberi ab eis opportuno tempore. Hoc igitur infortunio non modice pavefactis omnibus, majores natu plebis hujus ecclesiæ in unum conglomerati, expetunt domini abbatis Brunonis præsentiam, postulantes concedi sibi B. patris Bercharii corpus, quantum liceret eis per agros suos et confinia famulari bajulatione illud circumferre, ut suo sancto interventu propitiatio cœlestis subveniret afflictis. Tali ergo prece efflagitatus, immo evictus dominus abbas cum senioribus, annuit eis, insumpsitque id fieri prænominata die SS. Apostolorum Petri et Pauli. Veniente autem die hujusemodi insumptionis, explicitisque matutinorum jubilationibus apostolicæ sollemnitatis, cum præcepto domini abbatis, quidam e fratribus deposuerunt feretrum continens cœlestem margaritam de loco pausationis, ut acclamanti populo exhiberetur, ut præscriptum est, bajulandum.

opportuna  
pluvia impe-  
trata.

m

37 Liqueat huic Martyri nostro tunc competisse, quod de quibusdam Sanctis dicitur, quia linguæ eorum claves cœli factæ sunt m, nam eadem nocte cœpit cœlum nubibus obnubilari, et pluviam

guttas terris infundere. Sed ne glorificatio tanti luminis habitantibus nostra ætate in doño Domini occuleretur, sed magis in propatulo exhiberetur, lucescente aurora post crepusculum, sol rutilus jubar suum mundo huic pleniter invexit. Hora autem tertia, qua creditur Spiritus Sanctus fidelium mentes implevisse sua gratia, assunt multi populi in atrio et in ecclesia, in foro per platearum compita obsecrantes, ut, respiciente eos de cœlo divina misericordia, gestare mereantur patris sui membra sanctissima, gestandoque impetrare de tribulatione tunc præsentis suffragia. Tunc munus Domini optatum tandemque collatum suscipientes a fratribus, egrediuntur ecclesia. Læta catervatim currit plebs corde fidelis, nec desunt patres nec matres nec juniores. Portatur pater sanctus per servorum suorum confinia, pulsansque pro eis prece ad valvas sublimis misericordiæ, confestim obtinet postulata pro bajulantium semetipsum inopia. Mira canam verbis, optoque tradere scriptis. Cum autem a fratribus et populis præeuntibus et subsequentibus pater sanctus portaretur, iterum cœpit obducere Omnipotens cœli faciem nubibus atris, et quasi minaretur et diceret velle se pluuere sed differre, ne bajuli sui dilecti cum obsequentibus impedimentum objiceret. Tandem expleto itinere devotæ processions, cum ambitum templi repletet populus, et facto silentio pulsatisque signis, concentores imposuissent introitum Missæ apostolicæ sollemnitatis, ecce respectus misericordiæ cœlestis, qui demisit largitatem suæ benignitatis. Nam duritia cœlorum benignum suscepit a secretioribus imperium, rorem mittens dulciffimum, quo resoluta nubium tenacitas in largitate diu negatam terræ infudit abundantiam, terraque frugum suarum desideranti plebi parturivit copiam. Tantis ergo ac talibus tamque evidentibus miraculis refrenat, concludit, obstruxit Dominus ora loquentium adversus justum iniquitatem in superbia et in abusione, largiens magna multitudine dulcedinis suæ quod absconderat timentibus se.

D

E

## ANNOTATA.

a Acta S. Mamantis seu Mammæ vide ad diem, quo colitur, xvii Augusti (a). Non plane perspicio cur S. Mammæ Anonymus noster appellet monachorum gemmam, cum Acta de monachatu taceant. Qui in collectione hagiographica sub nomine Albani Butler gallicæ edita vitam S. Mammæ legerit, sibi persuadere possit hujus Sancti cultum ante sæculum xiii Lingonibus cognitum haud fuisse; sed perperam id fieri, tum ex Anonymo nostro, tum ex Actis Bollandianis manifestum est.

F

b S. Desiderius, tertius episcopus Lingonensis et Martyr colitur die xxiii Maii, ad quem diem ejus require Acta (b). Eadem quoque reperiuntur in libro, cui titulus gallicæ est : Annuaire ecclésiastique historique du Diocèse de Langres, année 1838 (c) quem librum, maxime nobis utilem, dedit bibliotheca nostræ hodiernus Lingonensium episcopus Illustrissimus D. Petrus Ludovicus Parisis.

c Gemini, de quibus hic agitur, sunt tergemini fratres Martyres Speusippus, Eleusippus et Meleusippus, qui die xvii Januarii Lingonibus coluntur; ad quem diem eorum Acta require apud Nostros (d).

d Savinianus seu Sabinianns, Martyr Trevis, colitur xxix Januarii, ad quem diem Acta ejus explicantur (e).

(a) T. III Augusti, p. 423. — (b) T. V Maji, p. 242. — (c) P. 31. — (d) T. II Januar., p. 73. — (e) Ibid., p. 937.

e

A e Patroclus, et ipse Trevis passus, colitur XXI Januarii. Ejus Acta ad illum diem leguntur (a).

f S. Lupi episcopi Trecentis et Confessoris Acta apud Nostros sub die XXIX Julii excusa sunt (b).

g Num fortassis Blécourt, qui vicus Dervensi monasterio adjacet? Milo iste volebat occupare terram, quam dein reddendo Dervensibus, sibi obnoxiam faceret titulo advocatiz.

h Conventus Airiacensis anno 1020 celebratus fuit (c). Vitio typhothetæ apud Mabillonium legi credo hunc locum ad diocësim Augustodunensem pertinuisse, cum sit episcopatus Autisiodorensis. Vide Commentarii prævii num. 5.

i Legendum probabilis Armuntio; l'Armançon vel l'Armançe fluvius est, qui Semurium et castrum

S. Florentini (S<sup>r</sup> Florentin) alluit, et in Icaunam (Yonne) labitur prope Autisiodorum. Vulgare habetur proverbium: Mauvaise rivière, bon poisson, d'Expilly Dictionnaire géographique de la France, article Armançon.

k Blesa (la Blaise) fluvius ad occidentem Calvimontis (Chaumont) scaturit; et post ambages duodecim leucarum in Matronam prope Vitriacum (Vitry-le-Français) illabatur.

l Summavera (Sommevoire) habet etiamnum ecclesiam suam parochialem dedicatam sub titulo Nativitatis B. Mariæ Virginis.

m Hæc verba leguntur in Antiphona ad Magnificat, in secundis vespers festi SS. Joannis et Pauli Martyrum die XXVI Junii.

(a) Acta SS., T. II Jan., p. 342. — (b) Ibid., T. VII Julii, p. 51. — (c) T. IX Conc. Labbe col. 842.

## DE SANCTO AMBROSIO

### CADURCENSI EPISCOPO ET CONFESSORE.

#### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

##### § I. Memoria Sancti in Fastis sacris et ejus cultus.

CIRCA ANNUM  
DCCLXX.

Memoria in  
sacris Fastis:

U suardus variaque Adonis apographa Sancti Ambrosii memoriam hac die recolunt; sed inter se non conveniunt circa varia adjuncta, quæ hodiernam annuntiationem circumstant. Nam in Adonianis apographis, a Dominico Georgio extra textum Adonis puri allatis, sub die XVII kalendas Novembris, habetur (a): Apud Bituricam civitatem, natalis Sancti Ambrosii, presbyteri et confessoris: Fuldense quoque Anonymi Martyrologium, quod teste laudato Georgio (b) sæculo X conscriptum fuit, Sanctum annuntiat his verbis (c): Natalis Sancti Ambrosii presbyteri et confessoris. Insuper et Usuardus, qualem edidit Sollerius noster, habet: In territorio Bituricensi, Sancti Ambrosii confessoris; quia autem alio caractere adscribitur in Usuardo Molani: episcopi Cadurcensis, ideo tamquam additamentum habet Molanus ipse, et, qui illum sequitur, Sollerius noster. Omnes itaque hi hagiologi eo modo loquuntur, quasi Cadurcenses infultæ S. Ambrosio adscribendæ non essent: verumtamen id silentium Sancti nostri episcopatus præjudicare non debet, quippe qui diserte asserit in ejus Vita infra edenda; quæ quamvis coæva non videatur, ejus tamen est antiquitatis, ut fidem suam probare valeat circa præcipuum aliquid adjunctum vitæ. Sed præterea non omnino certa est Usuardina lectio, quam nobis exhibet Sollerius: nam ejusdem Usuardi Martyrologium Sincerum, quod tanquam ipsius auctoris autographum edidit Parisiis anno 1718 monachus Ordinis S. Benedicti Sammauriniensis, D. Bouillard, alio modo legit, scilicet: In pago Bituricensi, Sancti Ambrosii Cadurcensis episcopi. Hanc lectionem veram quidem pronuntiat Sollerius; sed alteram, ait, quæ nostra est, vere Usuardinam existimo. Non vacat nobis in merita alterius lectionum operosius inquirere; præsertim cum ipse laudatus Benedictinus fateatur annuntiationem S. Ambrosii in litura positam esse.

Aliunde, ut jam prædiximus utque enucleatius infra monstrabimus, nobis constat Sanctum nostrum Cadurcensem cathedram occupasse. Jure igitur merito Romanum Martyrologium, a Baronio concinnatum, hodie annuntiat: In territorio Bituricensi Sancti Ambrosii episcopi Cadurcensis. Parisiense quoque Martyrologium jussu Cardinalis de Noailles, et Autisiodorensis jussu Caroli de Caylus editum episcopatum Cadurcensem S. Ambrosio adscribit, dicens: Apud Bituriges, deposito Sancti Ambrosii episcopi Cadurcensis. Ita ergo Adoniana apographa, quæ Sanctum simpliciter presbyterum appellant, interpretari oportet, ut salva tamen maneat ejus episcopalis dignitas: nisi proinde interpolatorum ignorantia hunc tituli errorem assignemus, dicere necesse fuerit, ideo vocari simpliciter presbyterum, quia, deposita episcopali dignitate, ad inferiorem hunc ordinem se sponie sua redegit.

2 Quæ de Martyrologiis hactenus diximus, abunde demonstrant S. Ambrosii cultum, licet non valde extensum, firmissimis tamen niti fundamentis. Ejus memoriam colit Ecclesia Cadurcensis ritu, ut vulgo dicitur, semiduplici, juxta hodiernum Breviarium Cadurcense: olim vero ritu duplici celebrabatur S. Ambrosius, uti habemus ex Proprio Sanctorum ejusdem diocesis: utriusque legendæ apographum benigne nobiscum communicavit R. D. Layrac, secretarius diocesis Cadurcensæ: ejusdem cultus antiquitatem probat Vita, Sanctorali Cadurcensi illata, quem exhibet Gulielmus de la Croix in suo libro: Series et Acta episcoporum Cadurcensium. Propter Sancti sepulturam et monasterium aut capitulum sub ejus invocatione fundatum, festum diem agit quoque diocesis Bituricensis, ritu probabiliter semiduplici: nam Kalendarium liturgicum Bituricense, quod coram habeo, est anni 1831; et proin propter concursum diei Dominicæ cum XVI Octobris, solum Sancti præscribitur memoria. In Breviario

fundata  
etiam sub  
ejus patroci-  
nio

(a) Martyrol. Adonis, Romæ 1745, p. 531. — (b) Ibid. Præf., p. xv. — (c) Ibid., p. 671.

Tomus VII Octobris, Pars posterior.

31

Bitu-